

Stephanus Galdeti

Contra scismaticos

⟨ Sisternus III ⟩

Editor: Mihai Maga

work in progress
09.09.2025

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

Project NOTA-ERC

〈 Sisternus III 〉

‖ ●: Quod in presenti casu iuriste seu canoniste plus teneantur
intendere quam theologi potest correlari non solum ex dictis MARCILII,
sed obiecta de submissione Pape, de consilio generali et possibilitate
errorum in fide in Papa et Romano collegii, et sic de aliis multisque
videnda sunt et providenda Ecclesie, etc. P1 277r

Prima ratio ponenda in infra scripta materia subdetur super eo
quod plures rationes et auctoritatem de primo puncto sumuntur a
iure canonico quam a divino, videlicet ad probandum obligationem
generalem fidelium et alia infimorum quam mediorum, quam superiorum,
et specialiter inducta de Papa quod teneatur se submittere, purgare,
et de prelatiis et doctoribus etc., ut ex inspectione dictorum in primo
puncto poterit apparere, de quibus submissione et purgatione in *Sacra*
Scriptura et ius divinum per consequens nichil tangunt, ut inspicienti
huius *Scripturam* satis patet.

Tertius punctus huius dubii poterit: **quis professorum plus
teneantur respondere rationibus factis super obligatione
fidelium ad remediandum presenti et negligentia remediandum
apparenti valde et diuturna.**

‖ Istā tertia questio, sicut alie precedentes, dividi potest in tres partes
vel articulos vel in tria dubia. Primo, **quis professor plus teneatur
generaliter ad impugnationem et reprobationem errorum et
heresum Ecclesiam et fidem tangentium, in quo puncto etiam
scismata contineri possunt sub nomine errorum.**

‖ Secundus punctus potest poni: **quis professorum iurium divini
et canonici plus teneatur obviare errori presentis scismatis,** de
quo tangunt precedentes questiones due.

‖ Et quia nonnulli presentis temporibus et multo plures pro
dolor principibus confugiunt ad quandam doctrinam pestiferam et
Romane ac supreme Ecclesie adversam, scilicet doctrinam cuiusdam viri

2–6 quod in presenti — etc] *del. P1* 2 iuriste] *uriste P1* 13 apparere]
de pu* *scr. sed del. P1* 15 patet] *vacuum add. P1* 16–19 tertius —
diuturna] *alio atramento P1* 21 vel articulos] *sup. lin. P1* 26 obviare]
pren. scr. sed del. P1 27 quo] *p. c. P1* 28 et¹] et hic punctus tangit
indifferentiam vel neutralitatem que modo nullorum cordibus et in nonnullis partibus
viget et vigerit *add. in marg. P1* presentis] *prestis P1* 30 ecclesie] *capitali*
scr. sed del. P1

quamvis multum litterati, ut scriptura sua demonstrat, tamen male et corrupte contra Ecclesiam Romanam pro magistro suo, domino quodam LUDOVICO DE BAVARIA affectati, MARCILIO DE PADUA nominati, tenentem iure divino Romanam Ecclesiam non habere primatum super
 5 alias, sed a CONSTANTINO IMPERATORE fuisse ceteris prelatam et quasdam prerogativas ab eodem CONSTANTINO habuisse super alias, et sic de presenti scismate non esse curandum eo quod obedientia Romani Pontificis fidelibus non est de necessitate salutis, iuxta suam doctrinam, multaue alia, ut patebit, Ecclesie adversa, non solum Romane Ecclesie,
 10 sed Universali Ecclesie et omnibus personis ecclesiasticis tam infimis quam mediis et supremis. Ideo sit tertius punctus huius questionis: **quis professorum iurium divini ac canonici ad impugnandam predictam doctrinam plus teneatur de necessitate salutis.**

|| In primo folio proponitur questio: **an professorem** etc. Et P1 277v
 15 arguitur primo equalitas obligationis; deinde arguitur quod professorem iuris divini plus teneantur; deinde arguitur quid canoniste plus teneant et quod plus ad eos hoc pertineat; deinde respondetur ad eorum rationes.

|| Secundo folio continuantur huius responsiones per totam primam paginam. Deinde, eodem secundo folio, secunda pagina probatur conditorem Canonum posse facere novum in fide articulum et novam
 20 veritatem catholicam, de(inde) incipitur probari oppositum multis rationibus fortibus.

|| Tertio folio rationes huius continuantur ad probandum videlicet quod conditor Canonum non potest aliquam veritatem facere catholicam
 25 noviter.

|| Quarto folio respondetur ad rationes quibus ante probabatur conditorum Canonum posse articulum novum in fide facere aut veritatem novam catholicam, prima pagina. Deinde secunda pagina arguitur pro canonistis quod ad ipsos principaliter spectet discernere inter hereticas
 30 assertiones et catholicas, specialiter quia convictio de pertinacia ad eos magis pertinet.

|| Quinto folio adhuc ad oppositum pro theologis in prima pagina. Et in secunda pagina respondetur ad rationes ultimo factas pro canonistis, specialiter de pertinacia, etc.

2 domino quodam] *sup. lin. P1* 3 nominati] *por. scr. sed del. P1* 4—
 5 super alias] *sup. lin. P1* 6 prerogativas] *preogativas P1* 7 romani]
 romane a. c. P1 14 in] ●:● Pro ista tabula verte post duo folia *add. in marg.*
sup. P1 verte^{ad in}] *incipit a. c. P1* 18 huius] *rationes scr. sed del. P1*
 19 eodem] *sup. lin. P1* 21 incipitur] *probatum scr. sed del. P1* 24 potest]
 facere *scr. sed del. P1* 27 articulum] *novm scr. sed del. P1*

‖ In sexto restat respondere ad rationes quasdam ultimo factas pro theologis, eo quod nimis videntur concludere, sed longe differtur responsio premittiturque quedam concordia inter huius professores in processu contra hereses et hereticos fraternalis. Deinde ponuntur alique
 5 rationes pro theologis contra decretistas nimis concludentem secundum opinionem MARCILII reprobendam, cuius decem propositiones ponuntur.

‖ In septimo folio tangitur quomodo positiones MARCILII eiusque doctrina est subversiva decretice facultatis et quomodo facultas theologica debet dicte decretorum facultati patrocinari fraternaliter et
 10 quod ad hoc tenentur utrique professores, scilicet ad procedendum contra huius doctrinam. Deinde contra primam propositionem suam positam precedenti folio incipientem “solam *Scripturam* divinam” inducuntur rationes alique, scilicet tres.

‖ In octavo folio ponuntur ad idem alie quatuor propositiones et
 15 completur tertia et sic septem propositiones contra suam primam propositionem “solam *Scripturam* divinam” etc. probantesque quod nonnullis aliis veritatibus est credendum de necessitate salutis quam contentis in *Sacra Scriptura* aut ex contentis in eadem per necessitatem sequentibus.

‖ In nono folio adhuc adduntur alie tres propositiones ad idem et
 20 concluduntur quinque esse genera veritatum credendarum de necessitate salutis et infertur primam suam propositionem fore falsam.

‖ In decimo folio specialiter tangitur de forma verborum sacramentalium credenda de necessitate salutis, que tamen non
 25 formaliter ponitur ex *Scriptura* divina. Item, de reali existentia corporis Christi in eodem sacramento, que non ita per necessitatem potest inferri ex *Scriptura* quin possit consequentia probabiliter declinari. Idem de multis contentis in *Symbolis* Ecclesie, que non ita evidenter secuuntur ex *Scriptura* quin multi consequentias secundum
 30 reductionem ad contradictionem seu ad oppositum primi principii presumpserint declinare que tamen sunt credenda de necessitate salutis.

‖ In undecimo folio adhuc in* oppositum de hoc. Deinde ponuntur aliter quam supra magis extense modi veritatum credendarum de necessitate salutis minimo/numero decem modi.

‖ In duodecimo descendit ad eius secundam propositionem qua
 35

2–6 sed longe — ponuntur] *p. c. in ras. P1* 3 premittiturque] preimittiturque
P1 5 contra decretistas] *in marg. P1* nimis] *p. c. P1* 10 procedendum]
p. c. P1 12 divinam] *sup. lin. P1* 13 rationes] propositiones *a. c. P1*
 25 ponitur] *in marg. P1* ; sequuntur *a. c. P1* 35 in duodecimo] Contra
 secundam propositionem etc. *add. in marg. P1*

sententialiter ponit: “legis divine dubias sententias diffinire pertinere ad solum consilium generale” etc. Et arguitur contra dictam primo ex quibusdam supra tactis et ex verbis eiusdem propositionis et eiusdem probatione et ex auctoritate Romane Ecclesie et specialiter Petri.

5 || In decimo tertio folio arguitur ex fundamentis quibus debet innitti generale consilium, eisdem namque potest minor congregatio innitti, specialiter Romanum collegium. Inde tangitur casus qui accidit tempore passionis quo fides in sola Virgine remansit, de quo casu queritur an similis possit contingere in presenti Ecclesia, et tangitur pro et contra.

10 || Deinde decimo quarto folio correlatur possibilitas defectus in Ecclesia tempore prosperitatis magis quam adversitatis. Deinde correlatur* possibilitas casus consimilis qualis fuit tempore passionis. Deinde inferuntur alica ex huius possibilitate, specialiter contra adversarii secundam propositionem. Deinde ex alio contra eandem
15 propositionem adversarii.

 || In decimo quinto folio arguitur contra auctoritatem Niceni Consilio ex approbatione cycli decemnonalis falsi et defectuosi et respondetur.

 || In sequentibus foliis ponuntur aliquae rationes pro propositionibus MARCILII et etiam ad illas respondetur.

20 || 1. || Pro infra scripta questione cum infrascriptis potest adduci unum medium aliud probandum, scilicet quod professores iuris canonici plus teneant repellare intrusum et ad eidem obviandum quam
25 professores iuris divini, nam professores iuris canonici ex textu facultatis eorum habent intrusum reputare Antichristum, invasorem Ecclesie, destructorem Christianitatis, ut patet ex illo decreto vel decretali *In nomine Domini*. Ex textu vero theologicæ facultatis, scilicet “veteris ac nove legis”, nullatenus hec concludi possunt evidenter, sed bene potest inde sufficienter inferri huius intrusum esse iniustum iniuste se gerentem pro Romano ac summo Pontifice ambitiosumque et temerarium, et sic
30 de similibus.

P1 278r

10 folio] p. c. P1 17 cycli] sicali P1 respondetur] sup. lin. P1
19 respondetur] || Sed processus contra Marcilium aliter poterit ordinari, non incipiendo a tertia dictione, ut hic incipitur, sed post concordiam professorum iuris divini et canonici poterit aliter incipi huius processus add. in marg. inf. sed del. P1 ; Verte usque ad folium huic continentem ad talem signum ×+ (id est f. 300r) add. in marg. inf. P1 sed^{ad} respondetur] sup. lin. P1 20 1] in marg. P1 pro] ista duo folia non sunt tabulata ut patet add. in marg. sup. P1 cum] p. c. P1
22 repellare] sup. lin. P1 ad] sup. lin. P1 23 facultatis] p. c. P1

2. || Item, potest induci aliud medium ad idem quasi consimiliter fundatum. Nam ex iure canonico habetur, ut audiui a iuris peritis, quod electus in metu seu sub impressione et ex impressione, ymo etiam non ex metu nec ex impressione, secundum quosdam alios pro intruso habendus
 5 est saltem. Prima pars huius satis habetur ex illo decreto vel decretali *In nomine Domini*, scilicet de electo ex metu. Electus vero ex humano favore, non intrusus, sed rite electus secundum iura, reputandus est etiam si affectione carnis et sanguinis aut vicinitatis patrimonialis speque comodum temporalis et potentie secularis, sed secundum ius divinum et
 10 *Sacram Scripturam* non videretur sic tenendum, cum ius divinum et *Sacra Scriptura* plus reproben affectionem carnis et sanguinis, iuxta illud Christi ad Petrum, *Matthei* 16: *Beatus es Simon Bar Iona, quia caro et sanguis non revelavit tibi*, etc. Et illud Apostoli: *caro et sanguis regnum Dei non possidebunt*. Et sic de multis aliis dictis *Scripture*
 15 quam metum mortis corporalis reprobet, cum Christus mortem timuerit, inquit enim: *tristis est anima mea*, etc. Et Apostolos mortem fugere ad tempus docuerit, nec ista discutere opus est pro presenti. Theologus igitur diceret quod, si carnalis affectio predicta non impedit electionem, ita nec metus mortis impedit, et si metus huius impedit electionem ita et carnalis affectio. Cui etiam favere videntur quedam verba NICOLAY
 20 PAPE posita distinctione 79, capitulo “Si quis pecunia...”, unde inquit: “Si quis pecunia vel humana gratia aut populari seu militari tumultu sine concordi et canonica electione cardinalium” etc., ubi notanda tria impeditiva ne quis debite in sedem apostolicam inthronizetur, scilicet
 25 “pecunia”, “humana gratia”, “tumultus popularis seu militaris”, etc.

3. || Item, quod plus in hoc casu professores iuris canonici plus teneantur ad remediandum presenti scismati et ad obviandum intruso potest argui ex eo quod primatus Romani Pontificis super alios in textu facultatis eorum habetur expressus, unde 22 sub auctoritate NICOLAY
 30 habetur sic: “Omnem primatum, archiepiscopatum vel ecclesiarum cuiuslibet ordinis dignitatem instituit Romana Ecclesia. Illam vero solus Christus fundavit et super petram fidei mox nascentis erexit, qui beato Petro eterne vite clavigero terreni simul et celestis imperii iura commisit. Non ergo quelibet” — seu aliqua — “terrena sententia, sed illud verbum

1 2] in marg. P1 2 canonico] p. c. P1 4 impressione] pro in. scr. sed del. P1 5 est] sup. lin. P1 7 non] infrus. scr. sed del. P1 15–17 reprobet — docuerit] p. c. in ras. P1 17 docuerit] *net. scr. sed del. P1 18 si] sicut a. c. P1 19 ita¹] sup. lin. P1 mortis] sup. lin. P1 22 tumultu] timultu P1 23 notanda] notandum a. c. P1 24 impeditiva] exeqiis add. sup. lin. P1 scilicet] silicet P1 25 tumultus] tumultus P1 26 3] in marg. P1 item] et scr. sed del. P1 quod] prel. scr. sed del. P1 33 commisit] connisit P1

quo constructum est celum et terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundavit Ecclesiam. Illius privilegio certe fungitur, illius auctoritate fuleitur.”

5 ¶ Et infra: “qui adversum illam agit que mater est fidei, illi contumax invenitur, qui illam cunctis ecclesiis pretulisse cognoscitur. Unde sanctus AMBROSIUS se in omnibus sequi magistram sanctam Romanam Ecclesiam profiteri.” Et 21 distinctione sic habetur: “PELAGIUS, urbis Rome episcopus: Quamvis universe per orbem catholice et apostolice Ecclesie institute domus et talamus Christi sint, tamen sancta Romana
10 Ecclesia catholica et apostolica nullis synodicis institutis ceteris ecclesiis est prelata, sed evangelica tantum Salvatoris primatum optinuit, cum inquit Petro: *tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam.*”

15 ¶ Ista vero que predicta sunt de Romana Ecclesia secundum professores iuris divini seu theologos ex *Scriptura* evidenter secuntur minime in *Evangelio*. Patet eosdem Romana Ecclesia a Christo nullatenus fundata fuisse videtur, nec in carne mortali constituto, nec post resurrectionem, ymo post ascensionem per Petrum et Paulum, ut non *Sacra Scriptura*, sed ystorie autentice et quedam dicta Summorum
20 Pontificum attestantur. Unde, secundum theologos vel *Sacre Scripture* professores, illa verba a PELAGIO supra allegata *tu es Petrus et super hanc petram* etc. intelligenda sunt de fundatione Universalis Ecclesie quam Christus acquisivit sanguine suo et super se petram fundavit, de qua Petrus Apostolus inquit: *petra autem erat Christus*, et iterum:
25 *fundamentum aliud nemo ponere potest preter id quod positum est, quod est Christus Ihesus*. Istam materiam dimitto, quia infra latius tangetur cum agetur de primatu Romane Ecclesie super alias ecclesias et Romani Pontificis super alios, etc.

30 ¶ Tantum pro nunc sufficit ad probandum quod in casu presentis scismatis professores iuris canonici qui Romane Ecclesie primatum habent in sue textu facultatis expressum plus teneantur ad illum et sua iura servandum quam theologo qui de hoc primatu nichil habent expressum, sed de hoc, ut tactum est, alias agetur.

35 ¶ Ad idem et super eodem fundamento: nam theologo, ut videtur ex textu suo, habent magis tenere Ecclesiam Ierosolimitanam fuisse caput

P1 278v

1 terra] terra P1 7 profiteri] profitetur *apud fontem* P1 Pelagius] Gelasius *apud fontem* P1 9 talamus] thalamus *apud fontem* P1 14 ista vero] p. c. P1 15 ex scriptura — secuntur] *sup. lin.* P1 16 minime] miminie P1 ; unde *scr. sed del.* P1 eosdem] p. c. P1 19 ystorie] antice *scr. sed del.* P1 24 petrus] *sup. lin.* P1 31 textu] *sup. lin.* P1 34 ad] ●: equa* de ecclesia Ierosolimitana et equalitate Pauli initialiter modicum *add. in marg. sup. sed del.* P1

aliarum post ascensionem Christi quam aliam ecclesiam et episcopum Ierosolimitanum fuisse aliorum supremum, puta Iacobum Alpei, nam, ut legitur *Actuum* 15, in illo consilio generali Ecclesie primitive in quo *convenerunt apostoli et seniores videre de verbo hoc*, scilicet de hoc dubio an gentiles conversi ad fidem essent circumcidendi, in hoc siquidem consilio Iacobus episcopatus episcopus Ierosolimitanus prefuit, ut patet ex textu unde dicitur: *tacuit autem omnis multitudo et audiebant Barnabam et Paulum*, etc. || Et *postquam tacuerunt* — scilicet Barnabas et Paulus — *respondit Iacobus dicens: Viri fratres, audite me. Symon narravit quemadmodum Deus primum visitavit*, etc. Et multis per Iacobum dictis sequitur ad propositum qualiter Iacobus tulit diffinitivam sententiam dicens sic: *propter quod ego iudico non inquietari eos qui ex gentibus convertuntur ad Deum, sed scribere ad eos ut abstineant se a contaminationibus simulacrorum, et fornicatione, et suffocatis*, etc. Et tandem in rescribendo illam sententiam diffinitivam sententiam quibusdam ad quos spectabat rescribere tota multitudo apostolorum et seniorum concordat. Rescribunt dicentes: *visum est Spiritui Sancto et nobis nil ultra imponere vobis* — scilicet conversis ex gentibus — *oneris quam hec necessaria, ut abstineatis* etc. Et sic secundum textum theologorum Ecclesia Ierosolimitana et episcopus Ierosolimitanus debent habere primatum Ecclesie et patriarcha Ierosolimitanus patriarcham Romanum iure divino debent precedere, sed istud dubium infra latius tangetur respondendo ad hoc et quedam alia tangendo circa hoc.

|| Ulterius ad idem potest argui fundando ut prius quod professores iuris canonici habent expressum in textu sue facultatis primatum Romani episcopi, scilicet Petri, primi Romani episcopi, et suorum successorum. Theologi vero nullo modo habent hoc in textu suo, scilicet quod Petrus fuerit Romanus episcopus, nec quod unquam Rome fuerit nec quod ibidem predicaverit, sed de Paulo hec clare habentur *Actuum* ultimo propter quod, secundum textum theologie, plus esset tenendum Paulum fuisse Romanum episcopum quam Petrum. || Ex textu etiam theologico non habetur aliqua superioritas Petri ad Paulum, ymo omnimoda equalitas et fraternitas, ut patet *Ad Galatas* 2, ubi habetur quod Paulus reprehendit Petrum *quia reprehensibilis erat*. Habetur ibidem etiam quomodo Paulus fuit in datione dextrarum destinatus ad gentes quarum gentium Romani erant capitalem et domini et terris dominabantur et imperabant et per consequens Paulo compete-
 15
 20
 25
 30
 35

1 quam] *iter. P1* 11 propositum] *p. c. P1* 16 quibusdam] quibudam
 P1 17 concordat] et concorditer *scr. sed del. P1* 26 primi — episcopi]
sup. lin. P1 27 habent] huius *scr. sed del. P1* 28 rome] nec R. *scr. sed*
del. P1 35 destinatus] destinatos *a. c. P1*

eisdem preesse, quod satis notaverat Christus in Pauli institutione, missione seu delegatione, *Actuum* 9, dicens: *vas electionis erit michi iste, ut portet nomen meum coram gentibus*, specialiter principantibus et ideo inquit *regibus* qui principatus inter gentem solis Romanis competebat, ut clarum est ex textu theologico, *Luce* 2: *erit edictum a Cesare Augusto ut describeretur universus orbis*, et sic ex textu theologico concluditur Paulum fuisse Romanum episcopum et non Paulum, nec propterea sequitur ergo Petrus non fuit Romanus episcopus. Primo, quia arguitur per locum ab auctoritate negativa, videlicet hoc non habetur in *Scriptura sacra*, ergo non est verum seu non est tenendum, nam sicut habetur de *Scriptura evangelica* quod multa alia *fecit Iesus que non sunt scripta in libro hoc*, ita notandum* est quod multa fuerunt gesta Apostolorum que in ystoria *Actuum* non scribuntur, cum sit valde imperfecta scriptura.

¶ Nec sequitur ulterius Paulus fuit Romanus episcopus, ergo Petrus. Nam utrumque fuisse episcopum Romanum posset patere ex textu canonistice facultatis, quod deducere obmitto pro nunc, sed tantum adduco ad hoc dictum sancti LEONIS PAPE et confessoris in sermone qui legitur in natali Apostolorum Petri, Pauli, unde loquens de hiis Leo inquit: “isti sunt viri per quos tibi Roma Evangelium Christi resplenduit, et que erat magistra erroris, facta est discipula veritatis” et sequitur ad propositum “isti sunt patres tui verique pastores”, etc. Et sic ex textu theologico non apparet quin nunc sic posset esse quod essent plures pastores et universales in divisim sicut aliquando fuit de imperatoribus Romanis vel divisim partiendo sollicitudinem et curam gregis dominici per dationem dexteris qualem fuisse* inter Apostolos refert Paulus *Ad Galatas* 2.

¶ Item ad idem arguitur quod professor iuris canonici plus ad remediandum presenti et ad inpugnandum intrusum seu reprobandum eum et partem suam quam professor iuris divini seu theologus, quia secundum canonistas in presenti casu non solum scisma cadit, sed heresis in parte errante. Unde 22 distinctione sub auctoritate NICOLAY post verba allegata ibidem de primatu Romane Ecclesie, “omnem primatum” etc., dicitur sic: “unde non est dubium quia, quisquis cuilibet ecclesie” — seu proprius alicui ecclesie — “ius suum detrahit, iniustitiam facit. Qui autem Romane Ecclesie privilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum

P1 279r

8 primo] Marcilius *add. in marg. P1* 10 scriptura] *p. c. P1* tenendum] || *scr. sed del. P1* 11 sicut] *sicus P1* 15 paulus] *p. c. P1* 21 veritatis] i* *scr. sed del. P1* 24 sicut] *sicus P1*

capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in heresim labitur.” Sic autem videtur hic esse, nam intrusus et eius complices a vera Romana Ecclesia, scilicet a reliqua parte vero Romano Pontifice et suo collegium primatum de iure sibi debitum conatur auferre et sibi applicare, igitur.

5 Sed quod non sic ibidem heresis secundum theologum videtur tenendum esse eo quod talis error stat cum fide omnium articulorum et fide cum fide totius *Sacre Scripture* veteris ac nove legis, ut notum est, nec procedit ex ignorantia iuris divini quod ius quisque teneatur credere de necessitate salutis, cum *Sacra Scriptura* ius divinum plene
10 contineat, cui *Scripture* predictus error non obviat, etc.

| Est igitur ut videtur error facti seu error procedens ex ignorantia facti quali ignorantia laboraret aliquis cernens alicam hostiam veraciter consecratam, et hoc ignorans non adoraret, vel cernens aliquam non consecratam et putans illam esse consecrata adoraret. | Unde, ut
15 videtur, sicut ista stant simul quod quilibet fidelis teneatur credere de necessitate et quod sic de facto credat in sacramento altaris esse verum corpus Christi factis et dictis omnibus fiendis et dicendis per ministrum ydoneum que ad consecrationem huius requiruntur et sufficiunt, et cum hoc stat quod sine incursu heresis potest quis dubitare hic esse
20 corpus Christi demonstratata aliqua hostia que est veraciter consecrata eo quod potest quis quandoque de ignorantia vel negligentia ministri aut etiam quandoque potest quis an sit sacerdos et de prolatione verborum sacramentalium integra et vere actuali vel habituali intentione consecrandi necessario requisitis. Et ideo sine incursu heresis de hiis
25 dubitans an sint in esse posita per ydoneum ministrum potest quis Christum sub speciebus panis et vini, sub conditione si talia que requiruntur et sufficiunt ad consecrationem precesserint. Unde ista propositio ‘hic est corpus Christi’ vel ‘hoc est corpus Christi’ A rationabiliter hoc credente tali sillogismo concluditur quandocumque
30 minister ad hoc ydoneus et facit, dicit et intendit et generaliter omnia agit que requiruntur et sufficiunt ad consecrationem corporis Christi et ad existentiam eius sub speciebus panis et vini ibidem hiis factis, dictis etc. est veraciter corpus Christi quonymo Christus totus sic est hic et nunc, scilicet quod minister ydoneus fecit, dixit etc., igitur hic corpus
35 Christi.

2 complices | p. c. P1 4 igitur | ad scr. sed del. P1 5 heresis | sup. lin.
P1 6 error | sup. lin. P1 8 divini | iter. P1 ; sed potius ex ignorantia facti
super quo potest poni exemplum scr. sed del. P1 facti^{ad} divini | sup. lin. P1
11 est | estt P1 12 quali — laboraret | iter. P1 23 intentione | necessario
scr. sed del. P1 24 ideo | non scr. sed del. P1

| Habitus deductionis maior est credenda per fidem a quolibet de
necessitate salutis nulli dubium. Minor vero est probabiliter opinata
et eidem non fide sed opinione probabili tantum eidem assentitur, et
sic assensus eius est inferior et debilior assensu maioris cum fides sit
5 habitus quidam supra opinionem et infra scientiam constitutus secundum
doctores theologicos. Conclusio vero prout docet regula logicalis ‘semper
sequitur debiliorem partem’ et per consequens assensus eius ex predicta
deductione non erit fidei, sed opinionis, nec erit conclusio dicenda veritas
catholica credenda de necessitate salutis, nec eius opposita heretica
10 falsitas debet dici.

|| Ad nostrum propositum applicando credens vel tenens A vel B esse
Romanum ac summum Pontificem arguitur sic: omnis canonicè electus
in Romanum ac summum Pontificem est vere Romanus ac summus
Pontifex; A vel B est huiusmodi, igitur A vel B est Romanus ac summus
15 Pontifex. Huiusmodi deductionis maior est fide, minor vero tantum pro
probabiliter opinata reputanda, igitur conclusio etc., ut supra.

|| Sed hic instari poterit ex dictis in secunda conclusione qua
dictum est quod super hoc credendum est cardinalibus de necessitate
et per consequens est veritas catholica et opposita falsitas heretica, si
20 assentiatur est dicenda et dubietas de dicta veritate infidelitas, quia qui
dubitatur, infidelis est, etc.

Respondetur quod bene dictum est et probatum est sufficienter,
ubi supra secunda conclusione, quod credendum est cardinalibus de
necessitate salutis quod A vel B elegerunt metu mortis, alias non facturi,
25 quia hoc ipsi soli scire possunt, nec in hoc possunt decipi, nec velle
decipere dicendi sunt, ymo credendum est ipsos in hoc esse talem quod
nullum decipere volunt et hec de necessitate salutis est tenendum de
ipsis, quamvis non fide proprie credendum sit, ex quo sequitur quod non
solus assensus fidei est fidelibus de necessitate, ymo assensus probabilis
30 tantum seu opinativus eiusque oppositus assensus non erit heresis, sed
error dampnabilis tantum.

|| || Nec obstant verba NICOLAY PAPE preallegata quibus in fine P1 279v

1 habitus] p. c. P1 est] n. scr. sed del. P1 4 eius] sup. lin. P1
assensu maioris] sup. lin. P1 8 deductione] p. c. P1 15 deductionis]
deductione a. c. P1 17–31 sed hic instari — tantum] del. cum vacat in marg.
P1 19 si] sup. lin. P1 26 sunt] sup. lin. P1 est] sup. lin. P1
28 sit] sup. lin. P1 29 solus] sup. lin. P1 30 opinativus] opinativis P1
32 nec] Ad propositum infrascripti puncti alibi scripsi quod non videbam in grecis
universalem dampnationem, quia invocant nomen Domini, quia sacramenta habent
in eis efficaciam etc. queratur ubi baptismus etiam apud hereticos valet penitentia
que simplicium consecratio etiam etc. Et sic extra ecclesias est salus. add. in marg.
sup. et in marg. P1 baptismus^{ad nec}] bapismus P1

dicatur quod “quisquis Romane Ecclesie ius suum detrahit, in heresim labitur”. Dicendum namque quod verum est quod quilibet negans Romanam Ecclesiam super alias habere ius primatus qualiter negant Greci, in heresim labitur. Qui vero concedens Romanam Ecclesiam
 5 habere super alias ius primatus qualiter concedit in hoc scismate quilibet partium etiam errans, sed deficit in hoc quod dubitat que sit vera Romana Ecclesia aut assentit illam Ecclesiam esse Romanam que in veritate Romana Ecclesia non est, et, si erret, non tamen propter hoc heresim labitur.

10 ¶ Sed an huius pars in presenti scismate errans dampnabiliter erret, ut videtur hunc dicere professores iuris canonici secundum textum facultatis eorum quod sic. Unde in illo decreto seu decretali *In nomine Domini* dicitur “si quis autem contra hoc nostrum decretum synodali sententia promulgatum per seditionem vel presumptionem
 15 electus fuerit, aut quolibet ingenio inthronizatus fuerit, auctoritate divina et Apostolorum Petri et Pauli, perpetuo anathemate cum suis auctoribus, fautoribus et sequacibus a liminibus sancte Ecclesie separatus abiciatur sicut antichristus”, etc. et sequitur: “cui quisquis adhererit vel qualemcumque tamquam Pontifici reverentiam exhibuerit, aut in aliquo defendere presumpserit, sit pari sententia” vel sententie “mancipatus.” Et infra: “quisque huius nostre decretalis temerator extiterit et Romanam Ecclesiam sua presumptione confundere et perturbare contra hoc statutum temptaverit, perpetuo anathemate
 20 atque excommunicatione dampnetur et cum impiis quando resurgent in iudicio deputetur omnipotentis Dei contra se iram sentiat” etc. multa similia.

—
 ¶ Confirmatur, nam *Extra, De summa Trinitate et fide catholica*, capitulo “Firmiter...” dicitur quod extra Ecclesiam catholicam non est salus; pars autem errans in hoc scismate est
 30 extra Ecclesiam catholicam; igitur sibi non debetur salus et sic dampnabiliter errat. Ad idem allegantur AUGUSTINUM, *De fide ad Petrum*, dicendum: “firmissime tene et nullatenus dubitet, omnem hereticum et scismaticum cum dyabolo et angelis eius eternum ignis incendio puniendum nisi ante finem vite fuerint Ecclesie catholice reincorporatus. Et paulo post: Omni homini qui Ecclesie non tenet
 35 unitatem, nec baptismus, nec eleemosynarum quantumlibet copiosa

5 qualiter] etiam *add. sed del. P1* concedit] etiam *add. sed del. P1*
 10 errans] *sup. lin. P1* 11 canonici] canonicus? *P1* 16 et¹] *sup. lin. P1*
 18 sequitur] ad propositum *add. in marg. P1* 36 baptismus] babtismus *P1*

largitio, nec mors pro fide Christi suscepta pro fide poterit ad salutem.” Certum autem est quod in presenti scismate pars errans Ecclesie non tenet unitatem cum a vero capite Ecclesie Romano vero ac summo Pontifice et Romana suprema ac capitali Ecclesia recedere dignoscatur.

5 Sed ex textu theologico premissa non possunt evidenter concludi, ut satis tactum est supra, nec unitas Ecclesie propter unitatem capitis seu fundamenti alterius quam Christi concludi potuit ex *Scriptura* expresse cum dicat Apostolus: *fundamentum aliud nemo ponere potuit preter id quod positum est, quod est Christus Ihesus*. | Nec hoc ex
10 *Symbolis Ecclesie* colligitur evidenter et expresse puta ex illo *Symbolo Athanasii* in quo videntur poni omnia credenda de necessitate salutis, sed hec ratio non valet, quia videtur argui per locum ab auctoritate negative non habetur in *Symbolis*, ergo non est tenendum de necessitate salutis. Nam et de sacramento altaris veritas nec realis Christi ibidem
15 habetur ex *Symbolis*, ut infra tangi poterit, que tamen tenenda sunt de necessitate salutis.

|| Si vero dicatur quod ex *Symbolis Apostolorum* et *Ecclesie* possit colligi ista unitas Ecclesie extra quam non est salus ex illa particula “et in unam sanctam apostolicam Ecclesiam”, responderet
20 faciliter adversarius puta gratus* quod hoc intelligendum est de unitate Ecclesie ratione unitatis Christi capitis et unitate fidei in ipsum, sed de hoc alibi tangetur ostendendo quod etiam Ecclesia debet esse unam unitate capitis, scilicet unius Pontificis supremi Christi vicarii extra cuius obedientiam non est salus et in hoc convenire debent
25 theologos et canonistas probabiliter ostendetur et ad rationes adversarios respondebitur sufficienter.

|| Sed hec arguta sunt ad ostendendum quod quamvis in presenti scismate utique professores teneantur ad remediandum in presenti scismate et ad inpuandum et reprobandum intrusum, tamen magis
30 professores iuris canonici cum in iure canonico magis inconvenientia presentis scismatis et periculos caveantur et parum vel nichil in iure divino de hoc habetur.

•: || Estque aliud argumentum pro theologis quod non tantum teneantur eo quod in casu presenti non videant expressam universalem dampnationem partis errantis, nam et in divinis, sed in Trinitate in
35 qua, secundum AUGUSTINUM, si erratur, nullibi periculosius erratur

10 evidenter — puta] p. c. in ras. P1 21 capitis] sup. lin. P1 23 scilicet] Rom. scr. sed del. P1 30 canonico] sup. lin. P1 magis] ras. et lac. add. P1 31 caveantur] sup. lin. P1 35 errantis] sup. lin. P1

sunt doctores theologici catholici reputati contradictione opinantem et de prioritate divinarum personarum aliquali et nulla de distinctione perfectionum attributalium aliquali et nulla. In quibus contrarietatibus pars errans excusatur non solum ab heresi, ymo ab errore dampnabili
 5 per non esse pertinacem, per esse paratum corrigi et inquirere veritatem vel audire saniolem sententiam vel stare iudicio melior specialiter Ecclesie que servaverunt ABBATEM IOACHIM non solum ab heresi, ymo ab errore dampnabili forte. Et servant nunc in divinis doctores predictos contradictione oppinantes. Cur autem in presenti casu predictae
 10 condiciones non servent aliquos ab errore dampnabili non apparet bene theologicæ cogitando, etc.

|| Primum folium

P1 280r

||— Alia questio: **An professores iuris divini, scilicet theologi, plus teneantur ad reprobandum intrusum et eidem obviando in et presenti scismati remediandum quam professores iuris canonici aut econtra, et hoc de necessitate salutis eorundem professorum.**
 15

Et arguitur primo ad partem negativam questionis, scilicet quod non plus teneantur isti professores quam illi, quinyo quod utique
 20 professores equaliter teneantur, quia utique tenentur de necessitate salutis, igitur sub equali pena, quia sub pena perditionis sue salutis et regni Dei que secundum sanctos sententia penarum est. Unde, ut dicunt sancti doctores, carere visione divina et consortio angelorum exulari a regno Dei tam grandis est pena ut ei nulla valeant compari tormenta.

|| Quod vero professor iuris divini, quia, ut communiter conceditur ab utraque partium, in presenti scismate cadit heresis in parte intrusi seu non rite electi, que pars secundum veritatem vere Romane Ecclesie adversatur et eidem ius detrahit et per consequens pars huius heretica est dicenda et non solum scismatica. Nam, ut dicit NICOLAUS distinctione
 25 22, “fidem quippe violat qui adversus illam agit, que mater est fidei, et illi contumax invenitur qui illam cunctis ecclesiis pretulisse cognoscitur”, scilicet adversus Christum est, igitur causa presentis vel casus presentis scismatis, causa seu casus fidei. Cause autem fidei ad professorem iuris divini seu theologum magis pertinere videntur, ut aliqui probant.

6 melior] *sup. lin. P1* 11 etc] Alibi de hoc magis extense. *add. in marg. inf. P1* 12 primum folium] *in marg. sup. P1* 13 scilicet theologi] *sup. lin. P1*
 19 illi] *yn. scr. sed del. P1* quod] *omnis scr. sed del. P1* 25 communiter] *tradem scr. sed del. P1* 32 christum] *est scr. sed del. P1*

Primo, nam *Sacra Scriptura* maioris auctoritatis est quam *Canones* summorum Pontificum, quia *Canones* huius accipiunt vel accipere debent sua principia a *Sacra Scriptura*. Patet per INNOCENTIUM III, *Extra*, “De accusationibus”, capitulo “Qualiter et quando...”, ubi assentitur manifeste quod “ex auctoritatibus *Novi et Veteris Testamenti* processerunt canonice sanctiones.” Item FABIANUS PAPA, II, questione 3, capitulo 3 sic dicit: “qui omnipotentem Deum metuit, nec contra *Evangelium*, nec contra Apostolos, nec contra prophetas vel sanctorum patrum instituta ad aliquomodo constituit.” De auctoritate vero maiori *Sacre Scripture* supra sanctiones canonicas summorum Pontificum AUGUSTINUS* millia* posuit distinctione 9 *Decreti*, unde capitulo “Ego solum...” sic inquit: “Ego solum illis libris *Scripturarum* qui iam canonici appellantur didici hunc timorem honoremque referre ut nullum illorum errasse scribendo audeam credere, acsi aliquid in eis offendero vel inveniris* quod videatur contrarium veritati, nichil aliud quam mendacem esse codicem, vel non esse assecutum interpretem, quod dictum est, vel minime me intellexisse, non ambigam.” Et capitulo “Ut veterum...” inquit “aliis autem scripturis seu epistolis prelatorum quantacumque probitate fulgeant non adeo inherendum est, ut ex eis sic testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sicubi forte aliter sapuerint quam veritas postulet.” Et capitulo “Quis nesciat...” dicitur sub auctoritate eiusdem AUGUSTINI sic: “quis nesciat *Scripturam* canonicam tam *Veteris* quam *Novi Testamenti*, certis terminis suis contineri, eorumque posterioribus omnem episcoporum” — et per consequens, Pape — “litteris ita preponi, ut de illa omnino dubitari aut disceptari non possit” — seu non debeat — “utrum verum vel rectum sit aliquid quod in ea scriptum esse constiterit? Episcoporum autem litteras que post confirmatum canonem scripte sunt vel scribentur et per sermonem” et cetera “licere reprehendi, si quid in eis forte a vero deviatum est?” Et CRASSIANUS distinctione 8, capitulo “Dignitate...” inquit: “Dignitate vero ius naturale prevalet consuetudini et constitutioni. Quecumque enim vel moribus recepta sunt, vel *Scripturis* comprehensa, si naturali iuri fuerint adversa, vana et irrita sunt reputanda.” Distinctione vero 6, capitulo “hiis itaque respondetur. In lege et *Evangelio* ius naturale continetur.” *Canonem*

1 primo] sic *scr. sed del. P1* nam] canones *scr. sed del. P1* 6 sanctiones] sanxiones *P1* 10 sanctiones] sanxiones *P1* 11 posuit] dicit *add. sup. lin. P1* 14 audeam] dicere *scr. sed del. P1* 17 me] non *scr. sed del. P1* 19 non] ad he. *scr. sed del. P1* 30 crassianus] Gratianus *apud fontem P1* 32 constitutioni] rationalis *add. in marg. P1* 34 reputanda] capitulo v. *scr. sed del. P1*

vero ius positivum continent, est igitur *Sacra Scriptura* maioris auctoritatis *Canonibus* et per consequens ad eius professorum magis pertinet heresis reprobare et dampnare.

|| Hec recitantur in forma.

P1 280v

5 Ulterius ad propositum, magis potest argui quia, antequam esse scientia *Canonum*, fuerunt per catholicos assertiones aliquae tamquam heretice reprobate. Unde Apostolus 1 *Thimotei* 4 reprobavit doctrina *prohibentium nubere, abstinere a cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus*, dicendum hoc provenire *a spiritu erroris et demoniis*, et per consequens pertinere ad hereticam pravitatem, penam que heretice pravitatis instituisse videtur excommunicationem. Verum idem Paulus inquit: *hereticum hominem post primam et secundam admonitionem devita*.

15 || Ad oppositum arguitur quod magis pertineat ad professorem iuris canonici assertiones hereticas reprobare quam ad professorem iuris divini, scilicet theologum, quia magis credendum est Ecclesie per quam conditi sunt *Canones* quam *Evangelio*, igitur professori *Canonum* est magis credendum talia*. Assensum patet per AUGUSTINUM, *Contra epistolam fundamenti*, dicentem: “*Evangelio* non crederem nisi me ecclesie auctoritas compulisset.” Et quod equaliter pertineat ad professorem iuris canonici situs ad professorem iuris divini potest probari per dictum GREGORII quod habetur distinctione 4 capitulo “Sicut...” ubi dicitur sic: “Sicut sancti *Evangelii* quatuor libros, sic quatuor consilia debemus suscipere et venerari.” Sed *Canones* summorum Pontificum
20 non sunt minorum auctoritatis quam quatuor consilia, igitur etc.

Item, Papa dispensat contra *Sacram Scripturam* puta circa votum quod in *Sacra Scriptura* precipitur observandum iuxta illud: *vovete et reddite*, et alibi: *displicet Deo infidelis et stulta promissio*, et alibi: *si quid vovisti ne moreris reddere*.

30 Item, Papa dispensat de bigamia contra Apostolum, ut habetur distinctione 34, capitulo “Lector...”.

Item, ad conditorem *Canonum* pertinet ordinare symbolum fidei et articulos rite diffinire.

|| Ad hec potest respondi distinguendo de hoc nomine ‘ecclesia’

4 hec — forma] *in marg. sup. P1* 12 hereticum] *po. scr. sed del. P1*
 17 igitur] *arguitur scr. sed del. P1* 18 assensum] •: De hoc dicto multa inquit
 Marcilius. *add. in marg. P1* 19 crederem] seu non credidissem *add. sup. lin. P1*
 23 sicut] *situs P1* 25 etc] /-/ Quod ita econtra verum est, scilicet
 ecclesie non credenti Evangeliiis minuta, sed altus. *add. in marg. P1* 27 illud]
 votete *scr. sed del. P1*

prout aliqui distinguunt dicendo quod hoc nomen ‘ecclesia’ aliquando capitur pro loco materiali divino clericum deputato, aliquando pro aliquo speciali collegio clericorum, aliquando pro toto collegio clericorum omnium, aliquando quod aliqua cleri et Pape* congregatione speciali, 5 aliquando pro tota congregatione fidelium simul in hac vita de gentium, aliquando vero nomen ‘ecclesie’ non tantum congregationem fidelium viventium, sed etiam mortuos comprehendetur*. Et sic capit AUGUSTINUM ecclesiam in libro *Contra Manicheos* et habetur 2 distinctione, capitulo “Palam...”, ubi dicitur: “Palam est quod in re 10 dubia ad fidem et certitudinem valeat ecclesie catholice auctoritas, que ab ipsis fundatissimis Apostolorum sedibus usque ad hodiernum diem succedentium sibimet episcoporum serie et populorum consentione firmatur.” Ubi Ecclesia, episcopos et Papas a tempore Apostolorum inclusive* usque ad hodiernum diem sibimet succedentes importat et 15 sic capit AUGUSTINUM in dicto supra allegato ecclesiam cum dicit: “*Evangelio* non crederem” vel non credidissem, etc. Isto autem modo ecclesia scriptores *Evangelii* et omnes Apostolos comprehendunt et sic patet responsionem. Concedendum inest quod magis credendum est Ecclesie que est multitudo catholicorum omnem qui fuerunt temporibus 20 prophetarum et Apostolorum usque modo quam *Evangelio*, non quia de *Evangelio* sit aliqualiter dubitandum, sed que “omne totum maius est sua parte” et auctoritas totius est maior auctoritate partis.

Quod autem conditores *Canonum* sint minorum auctoritatis *Evangelio*, ipsimet conditores *Canonum* testantur. Unde URBANUS 25 PAPA, ut habetur distinctione 25, capitulo “Sunt quidam...”, inquit: “Sciendum summo opere est quod inde novas” constitutiones “potest concludere”, scilicet Romanus seu supremus Pontifex, “unde evangeliste nequaquam aliquid dixerunt. Ubi vero aperte Dominus vel eius Apostoli et eorum sequantes sancti patres sententialiter aliquid diffinierunt, ibi 30 non novam legem dare potest Romanus Pontifex, sed potius quod probatum est usque ad animam et sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt Apostoli et prophete destruere quod absit niteretur, non sententiam dare, sed magis errare convinceretur.”

1 distinguunt] quod *scr. sed del. P1* 12 populorum] *p. c. P1* 17 apostolos] *p. c. P1* 25 25] questio 1 *scr. sed del. P1* 26 summo opere] *summopere apud fontem P1* 27 concludere] *condere P1* 32 absit] *niteretur p. c. sed del. P1* 33 convinceretur] *Premittatur in prologo excusatio de allegationibus et contractionibus iuris quod non habeam originaliter, etc. Item, causa recitationis in forma extense dialogi dicendum quod librum non rehabuit* Non est opus add. in marg. inf. P1 rehabuit*ad convinceretur]* et ibidem, si occurrat, fiat mentio de perditione Almakani *scr. sed del. P1*

|| Secundum folium. Hec recitantur in forma.

P1 281r

Ad secundum de quatuor *Evangeliiis* et quatuor consiliis generalibus dicitur quod ly, sicut non est nota equaliter, sed similitudinem, sicut solet dici quod, sicut adulterium est fugiendum, ita et fornicatio et tamen
 5 adulterium est magis fugiendum. Ita in proposito, sicut credendum est quatuor *Evangeliiis*, sic credendum est quatuor consiliis que verbi verificari possunt esto quod quatuor consilia non sint tante auctoritatis situs quatuor *Evangelia*. Aliter potest dici quod *Canones* summorum Pontificum non sunt tante auctoritatis ut quatuor consilia, sicut satis
 10 immitur* 25 distinctione, capitulo “Sancta...” et 14 distinctione, capitulo “Hec sunt...”, quia, scilicet illa quatuor consilia fuerunt confirmata per multos magne auctoritatis et sanctitatis viros et episcopos cum summo Pontifice et per pluries quam alii canones. Vel dicuntur illa quatuor consilia suscipienda sicut *Evangelium*, quia in illis determinatur de
 15 quibusdam articulis principaliter pertinentibus ad fidem que etiam habentur in *Evangeliiis* minus explicite, ideo illa consilia auctoritatem habent ex *Evangelio*.

| Ad aliud quo arguitur quod Papa potest dispensare contra *Sacram Scripturam*, ergo *Canones* sunt minoris auctoritatis quam *Sacra Scriptura*. Non valet consequentia, quia ipsemet Papa potest etiam
 20 dispensare contra *Canones*. Potest etiam dici quod sic faciendo, Papa non dispensat contra *Sacram Scripturam*. Unde de voto non est proprie dispensatio. Unde dicit glossa *Decreti*, 15, questio 1, “Sunt quidam...” quod non est vera dispensatio que fit in voto peregrinationis, quia non dicitur vovens liberari ab illa obligatione,
 25 sed potius dicitur illam obligationem in melius commutari, ut *Extra*, “De iureiurando”, “Pervenit...”. Sed certa votum contumelie non potest dispensare, quia non invenitur melius in quod possit commutari, ut *Extra*, “De statu regularium”, 9, “Ad monasterium...”. In fine hiis concordat BERNARDUS, *Extra*, “De voto et voti redemptione”: “Non est voti dicendum transgressor si quod vovit auctoritate sedis apostolice distulit adimplere”; supplet BERNARDUS in glossa, si iusta causa subest, alias non quoad Deum.

|| Ad aliud de dispensatione contra Apostolum potest dici quod
 35 non proprie dispensatur contra legem. Non enim facit contra legem mandantis omnes fures suspendendum qui ex iusta causa aliquae furet impunitum relinquit, quia, sicut dicitur I *Rethorice*, notum est legem

1 secundum folium] in marg. sup. P1 hec — forma] in marg. sup. P1
 9 tante] auctoritatis p. c. sed del. P1 15 articulis] principalibus scr. sed del. P1
 27 potest] in melius scr. sed del. P1

dicere universaliter quod non est universaliter observandum et hoc propter casus particulares in opinatos et ibidem habet locum ‘epikes’, ut ibidem dicitur. Qui non respicit ad leges sed ad legis seu legum latorum, quia debet considerare quid legislator in tali casu faceret si adesset
 5 et sic Papa dispensavit cum bigamis, nec proprie dispensavit contra Apostolum, quia illud idem fecisset Apostolus, si affuisset. Unde alica observatio est bona et salutaris uno tempore et alio tempore nociva.

Ad ultimum quo arguitur isto medio, quia ad conditorem *Canonum* spectat vel pertinet ordinare symbolum fidei et articulos rite diffinire,
 10 potest responderi quod esto quod ad conditorem *Canonum* pertineret ordinare symbolum et articulos fidei expressos in *Sacra Scriptura* vel sequentem, consequentia necessaria ex contentis credendos a nobis de necessitate salutis eo quod in *Scriptura* divina continentur vel ex contentis sufficienter secuntur, non quia conditor illos articulos ordinat
 15 aut approbat, tamen conditor *Canonum* novos articulos fidei vel novum articulum in fide vel fidei condere non potest, nec *Sacre Scripture* quidquam addere nec auferre, *Deuteronomio* 4: *Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo.* Et *Proverbiis* 38: *Ne addas quidquam verbis illius, ne arguaris, inveniariisque mendax.* Et
 20 *Apocalypsi* ultimo: *Contestor omni audienti verba prophetie libri huius, si quis apposuerit ad hec, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro hoc. Et si quis diminuerit de verbis prophetie libri huius, auferet Deus partem eius de libro vite, et de civitate sancta, et de hiis que scripta sunt in libro isto.* Et qua ratione sic sentiendum vel censendum
 25 de libro, libro *Apocalypsis*, pari ratione sentiendum vel tenendum de aliis *Sacre Scripture* libris. Et Apostolus *Ad Galatas* 1: *licet nos aut angelus de celo evangelizet* aut evangelizavit vobis preterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.

|| Sed contra videtur quod conditor possit facere novos articulos, P1 281v
 30 articulo in fide, quia potest alicas assertiones contrarias contentis in *Sacra Scriptura* condemnare et tunc incipiet esse hereses, quia ab Ecclesia condemnate et erunt huius assertiones noviter heretice, p???? et opposite asseretives* catholice veritates et tamquam articuli fidei credende firmissime de necessitate salutis et non ante. Ex quo videtur
 35 posse concludendum conditorem *Canonum* posse facere in fide novum articulum et per consequens eius *Canones* esse tante auctoritatis ut

2 epikes | epieikes scil. apud fontem P1 5 bigamis | biganis P1 29 sed | Redendum ad pertinaciam scr. in marg. sup. sed del. P1 ; Ut pene equalitas obligationis utriusque professorem finaliter conclude* add. in marg. sup. P1

est *Sacra Scriptura*, que opinio potest probari aliquibus rationibus.

Primo, per hoc quod in consilia ALEXANDRI, 3 *Extra*, “De hereticis”, “Cum Christus...” fuit factus novus articulus, scilicet quod Christus est Deus et homo, quia, ut dicunt sic opinantes, ante tempora ALEXANDRI
 5 licebat non credere Christum esse Deum et hominem.

Secundo probavit idem sic opinantes ex *Constitutione* domini IOHANNIS XXII, in qua diffinitur deinceps esse hereticum dicere Christum et eius Apostolos non habuisse aliud nec in proprio, nec in communi, et per consequens antea non fuerat hereticum.

10 ¶ Tertio sic, pro omni assertionem que heresis est, est quis tamquam hereticus condemnandus, sed multe sunt assertiones huius quibus assertores earum antequam essent ab Ecclesia condemnate non fuerunt tamquam heretici condemnati, nec erant dicendum heretici, licet post fuerint dicendi heretici, igitur eorum habitus* assertiones non erant ante
 15 hereses.

Assumptum patet in multis. Nam Greci dicentes Spiritum Sanctum non procedere a Filio ante condemnationem assertionis eorum non fuerunt heretici reputati, sed post. ¶ Assertores etiam opinionis ABBATIS IOACHIM a consilio generali dampnate post condemnationem
 20 heretici iudicantur et ante non iudicabantur heretici. Ad idem inducunt *Constitutionem* ALEXANDRI, 3, de qua supra *Extra*, “De hereticis”, “Cum Christus...” et sic patet conditorem *Canonum* de novo heresi posse facere heresim et heresiarcam pravitatem et per consequens de non catholica veritate posse facere catholicam veritatem et articulum
 25 fidei cum omnis assertionis heretice opposita assertio catholica veritas sit censenda, ut notum est.

¶ Ad idem arguunt sic: ad quem pertinet autentice diffinire que assertio est catholica et que non, et que heretica et que non, ad illum pertinet posse de non catholica veritate facere catholicam veritatem et de
 30 non hereticam facere hereticam, quia aliter diffinitio sua vel determinatio iuris plus operaretur quam diffinitio vel determinatio doctoris qui per auctoritatem et rationes declarat et probat aliquam assertionem esse catholicam per modum doctrine, non auctoritative sicut facit conditor *Canonum* auctoritate suprema applicata.

35 Ad oppositum predicte opinionis sunt rationes multe quas inducunt quidam opinantes quod, sicut quantum ad ea que spectant ad fidem nostram et nequaquam ab humana voluntate dependent non potest

13 condemnati] licet *scr. sed del. P1* 29 facere] *sup. lin. P1* 31 iuris]
 iris *P1*

conditor *Canonum* seu summus Pontifex, nec etiam tota Dei Ecclesia, de assertione non vera facere veram, nec de assertione falsa facere non falsam, nec econverso, ita nec de assertione non catholice facere catholicam, nec de assertione non heretica facere hereticam, et ideo
 5 non potest novum articulum facere in fide, quia, sicut veritatem catholice absque approbatione Ecclesie ex natura sua sunt immutabiles et immutabiliter vere, ita immutabiliter catholice sunt reputande. Similiter, sicut hereses absque reprobatione vel dampnatione Ecclesie sunt false, ita absque dampnatione Ecclesie sunt hereses reputande.

10 Et arguitur primo sic: omnis veritas catholica dicenda est catholica vel quia est a Deo revelata, vel quia in divinis *Scripturis* divinis contenta, vel quia ab Ecclesia recepta, vel quia sequitur ex illis, vel alico illorum que sunt divinitus revelata, vel in *Sacra Scriptura* contenta, || vel ab Ecclesia acceptata seu recepta, vel quia a summo Pontifice
 15 conditore *Canonum* approbata.

P1 282r

Si detur primum, cum divina revelatio nullo modo dependeat ab approbatione summi Pontificis, nec totius Ecclesie, ymo si nulla esset Ecclesia nichilominus, nichil veritas esse veritas a Deo revelata et per consequens, catholica reputanda.

20 Si detur secundum, si quod ideo est aliqua veritas catholica, quia in *Scripturis* divinis contenta, constat quod talem veritatem contineri in divinis *Scripturis* non dependet ab approbatione summi Pontificis aut Ecclesie, et sic patet intentum.

25 Si detur tertium, scilicet quod ideo est aliqua veritas catholica quia ab Ecclesia Universali recepta, querendum est quare Universalis Ecclesia talem recipit veritatem, vel quia fuit sibi divinitus inspirata vel revelata et tunc absque tali receptione nichilominus esset veritas catholica.

Et idem sequitur si detur quartum, scilicet quia contenta in *Sacra Scriptura* aut recipit eam Ecclesia talem veritatem quia
 30 per experientiam et rationem naturalem eam cognoscit et ob hoc catholica est dicenda et hoc non, quia pariter Ecclesia omnes veritates geometricas et aliarum scientiarum catholicis veritatibus aggregare et falsitates oppositas posset inter falsitates hereticas computare et omnem assertionem harum tamquam hereticum condemnare; vel recipit
 35 Ecclesia huius veritatem, quia sibi placet, et ob hoc talis veritas catholica

10 et] 1o add. in marg. P1 13 vel in — contenta] apparenter eras. P1
 14 vel¹] tertium folium add. in marg. sup. P1 pontifice] *** add. sed del. P1
 16 primum] iter. in marg. P1 20 secundum] iter. in marg. P1
 22 approbatione] p. c. P1 24 tertium] iter. in marg. P1

est dicendi, et tunc Ecclesia solum inniteretur voluntati humane et fides esset in voluntate hominum. Contra: Apostolum *1 Corinthiorum* 2: *fides nostra non est in sapientia hominum*, et, per consequens, minus in voluntate.

5 ¶ Et eodem modo potest argui de approbatione summi querendo quare approbat talem veritatem, etc.

Si detur quartum, videlicet quod ideo alica veritas est catholica quia sequitur ex predictis vel aliquo illorum que sunt divinitus revelata, vel in *Sacris Scripturis* contenta, vel ab Ecclesia Universali recepta, notum
10 est quod ex approbatione summi Pontificis non plus potest ex revelatis a Deo aut in *Scripturis* contentis inferri quam sine tali approbatione, et sic huius approbatio non facit talem veritatem catholicam, ut notum est.

Si detur quintum, quod ideo talis est catholica, quia a conditore,
15 scilicet summo Pontifice, approbata, tunc querendum est, quia aut summus Pontifex talem veritatem approbando immittitur divine revelationi, aut *Scripturis sacris*, aut doctrine Ecclesie Universalis. Et quodcumque detur, sequitur quod summus Pontifex per talem approbationem non facit talem veritatem fuisse aut esse catholicam.
20 Patet ex precedentibus. Vel summus Pontifex in sacramenta approbando instituerit proprie prudentie, et hoc non est dicendum, quia tunc fides nostra esset in sapientia hominum, contra Apostolum.

| Patet igitur quod nulla veritas est catholica nisi quia divinitus revelata, vel quia divinis *Scripturis* inserta, vel quia per certitudinem
25 Universali Ecclesie innotuit, vel quia alico necessario argumento concluditur ex predictis. Ex approbatione vero summi Pontificis vel Ecclesie nullum premissorum noscitur dependere. Et sic per talem approbationem nulla potest fieri veritas catholica et sic per eam non potest articulus fidei, sed bene summus Pontifex aut Ecclesia per suam
30 approbationem determinat et diffinit noviter aliquam veritatem esse et fuisse catholicam et aliquem esse aut fuisse hereticum et aliquem articulum ad fidem pertinere, licet talia fuerint prius veritatem catholice.

¶ Secunda ratio est talis: nam si aliqua veritas esset catholica eo quod a conditore *Canonum* seu summo Pontifice approbata, vel hoc
35 esset quia approbata implicate, vel explicite, aut quia tantum explicite.

5 modo] si detur *scr. sed del. P1* 7 quartum] *iter. in marg. P1*
14 quintum] *iter. in marg. P1* 20 sacramenta] *p. c. P1* 21 instituerit]
instituerit *P1* 23 patet] ** conclusio principalis *add. in marg. P1*
27 premissorum] *p. c. P1* 29 summus] *p. c. P1* 33 secunda ratio]
iter. in marg. P1

Si detur primum, sequitur quod summus Pontifex non potest alicam novam veritatem catholicam aut novum articulum in fide, nam omnes veritates divinitus revelate et in *Scripturis* contente et quas recipit Universalis Ecclesia et que secuntur ex illis vel eorum aliquo fuerunt
 5 explicite vel implicite approbate per summos Pontifices precedentes. Ipsi enim totam || fidem Ecclesie approbaverunt et omnia credita ab Ecclesia saltem implicite et per consequens omnia que secuntur ex illis et per consequens, sicut ‘qui dicit unum, dicit omnia que secuntur ex illo’, implicite dicit ‘ita qui unum approbat, approbat omnia que secuntur ex
 10 illo’.

P1 282v

|| Si detur secundum, scilicet quod aliqua veritas ideo est catholica quia a summo Pontifice explicite approbata, sequitur quod tales veritates ‘Christus mortuos suscitavit’, ‘Christus fuit Deus et homo’, ‘Christus omnia scivit’ non essent reputande catholice veritates nisi essent a
 15 summo Pontifice explicite approbate, quod est inconveniens reputandum. Patet igitur quod summus Pontifex non potest facere novam catholicam veritatem, nec novum articulum fidei facere, nec de assertionem non heretica, hereticam, quia omni assertio catholice alicui assertio heretica contradicit, ut notum est, et econtra. Sic etiam de veritate et falsitate
 20 propositionum seu assertionum contradictoriarum, ut patet ex communi logica.

Tertia ratio talis est: si ideo alicui veritas esset catholica quia a summo Pontifice vel Ecclesia approbata aut heretica quia ab eis dampnata, tunc hoc secundum dictum de heresi verum esset, sicut argutum est de veritate
 25 catholica, quia talis assertio est dampnata implicite vel explicite, vel quia explicite tantum.

Si detur primum, sequitur quod omnis assertio que potest licite dampnari est heresis iam de facto, quia omnis talis est iam per Ecclesiam et Romanos vel summos Pontifices implicite dampnata
 30 per approbationem totius fidei in generali ab Ecclesia et a summis Pontificibus factam, nam totam fidem approbando omnem falsitatem oppositam dampnaverunt.

|| Si detur secundum, sequitur ista ‘Christus non est homo’ non erat heretica antequam esset per Ecclesiam reprobata vel dampnata,
 35 quod a nullo potest rationabiliter concedi, cum sit expresse contrarium *Evangelio: verbum caro factum est*.

17 assertionem] heretica scr. sed del. P1 20 communi] p. c. P1 22 tertia ratio] iter. in marg. P1 23 ecclesia] tota scr. sed del. P1 24 sicut] sicut P1 34 ecclesiam] approbata scr. sed del. P1

Quarta ratio que videtur sic arguentibus demonstrativa talis est: omnis assertio cuius pertinax assertor est vere hereticus, est vere heresis. Sed omnes pertinaces assertores assertionum que possunt per Ecclesiam rite et legitime per Ecclesiam condemnari sunt vere heretici, licet
 5 eorum assertiones non sint sub forma propria ab Ecclesia condemnate. Patet per AUGUSTINUM, 24, questione 3, capitulo “Dixit Apostolus...” et capitulo “Qui in ecclesia...”, ubi dicit AUGUSTINUS quod “qui in ecclesia morbidum aliquid pravumque sapiunt, si correcti, ut sanum
 10 rectumque sapiant, resistunt contumaciter suae pestifera et mortifera dogmata emendare nolunt, sed defendendo persistunt, heretici sunt.”. Sed omnis assertio que per Ecclesiam dampnari potest est falsa, morbida et perversa, igitur omnis pertinax defensor eius, licet non sit per Ecclesiam explicite condemnata, est vere hereticus. Et sic opinantes
 15 concludunt suum principale intentum quod Ecclesia non potest de assertionem non heretica facere hereticam, sed Ecclesia aliquam heresim dampnando determinat eam fuisse hereticam et esse per consequens nunc et semper heresim.

Ad istud idem propositum, videlicet quod summus Pontifex aut Ecclesia non potest de assertionem non heretica facere hereticam aut
 20 de non catholica veritate facere catholicam veritatem, quia non potest addere quidquid ad catholicas veritates seu *Sacram Scripturam*, *Deuteronomio* 4, *non addetis ad verbum quod vobis loquor*, scilicet faciendo novas catholicas veritates addendas *Sacre Scripture*, *nec auferetis et ex eo* dampnando aliquid quod in ea sit contentum. Ad
 25 idem allegatum fuit dictum quodam *Proverbiorum* 38.

|| Quartum folium.

P1 283r

Consequenter ex dictis OCKHAM contra MARCILIUM fundetur quod non solum expressis in *Scriptura Sacra*, capitulo 2.

Ad rationes partis prime respondent tenentes secundam opinionem
 30 immediate probatam.

Ad primam dicerent quod, sicut aliquando aliquis est hereticus occultus, tamen qui non debet hereticus indicari, || ita aliquando aliquis est hereticus, quia heresi pertinaciter adheret et tamen quia non est certum explicite quod assertio sua sit heresis seu heretica antequam
 35 de hoc innotuerit Ecclesie, non debet tamquam heresis iudicari vel

1 quarta ratio] *in marg. P1* 8 ecclesia] aliquid *scr. sed del. P1* 13 sic] *iter. P1* 17 semper] seu *scr. sed del. P1* 18 ad] *** *add. in marg. sed eras. P1* 23 veritates] veritas *a. c. P1* 26 quartum folium] *in marg. sup. P1*
 27–28 consequenter — capitulo 2] *scr. in marg. sup. sed del. P1* 32 ita] <
 assertoris pertinaci *add. in marg. P1* 35 tamquam] < assertionis heresia *add. in marg. P1*

condempnari. Postquam autem per diligentem examinationem innotuerit Ecclesie quod assertio sua est heretica, si pertinax invenitur, debet tamquam hereticus condempnari.

Ex hiis patet responsio ad exemplum de Grecis et ABBATE IOACHIM.

- 5 Nam dicendum est eorum assertiones ante condempnationem ab Ecclesia fuisse hereticas et earum assertores pertinaces fuerunt heretici, quia tamen ante non innotuerat Ecclesie quod huius assertiones essent hereticæ, non debuerunt assertores tamquam heretici iudicari.

- 10 ¶ Ad illud quod inducitur de consilio ALEXANDRI III, *Extra*, “De hereticis”, “Cum Christus...”, potest dici quod sic arguentem falluntur volentes ex isto capitulo arguere vel inferre quod Papa possit facere novum articulum fidei. Nam ex isto capitulo credebant posse concludi quod ante *Constitutionem* licebat opinari non esse Deum et hominem cum tamen ibi non inhibeantur Christum non esse Deum et hominem, 15 nec opponebat, quia ex *Evangelio* et *Symbolis* clare constat, sed bene prohibetur dicere ‘Christum non esse aliquid secundum quod homo’, cuius causam assignat, quia Christus est verus Deus et verus homo. Iste autem assertiones sunt distincte, quamvis una sequitur ex altera. Et si obiciatur quod, si sunt distincte assertiones ‘Christus est verus Deus et 20 verus homo’ et ‘Christus est aliquid secundum quod homo’, et igitur Papa hic fecit novam veritatem catholicam et novum articulum fidei. Facilis est responsio, quia non sunt dicente assertiones nisi in verbis non insinuat*, unde iste converti videntur ‘Christus est unus homo’ et ‘Christus est aliquid secundum quod homo’ et ideo ex hoc passu 25 non potest concludi conditorem *Canonum* posse facere novum in fide articulum seu novam alicam veritatem catholicam.

- ¶ Ad aliud quo arguitur quod, nisi summus Pontifex posset facere novam veritatem catholicam, sua diffinitio non plus operiretur quam doctoris determinatio. Dicitur quod ymo sua diffinitio plus operatur 30 quam doctoris determinatio, quia post doctorum determinationem licet cuilibet sicut prius contrarium opinari et presente opinando tenere, hoc autem non licet post diffinitionem summi Pontificis. | Aliud etiam operatur, quia post diffinitionem summi Pontificis licet cuilibet episcopo et inquisitori hereticæ pravitate contra tenentem contrarium illius quod 35 per summum Pontificem est rite diffinitum procedere iuxta canonicas

5 ab] *sup. lin. P1* 12 capitulo] *vide scr. sed del. P1* 19 quod] *ei scr. sed del. P1* 22 responsio] *responctio P1* 23 unde] *x. scr. sed del. P1*
 25 concludi] *concludire a. c. P1* 26 catholicam] *ad secundum scr. sed del. P1*
 31 sicut] *sicus P1*

sanctiones, nisi, ut addunt sic opinantes, talem offerent se ad probandum summum Pontificem male diffinisse vel errorem diffinisse, in quo casu dicunt remediandum esse ad consilium generale. | Post determinationem autem doctorum non licet episcopis aut inquisitoribus heretice pravitatis
 5 contra tenentem contrarium plusquam ante procedere. || Etiam in alio plus operatur summi Pontificis determinatio quam doctorum, quia potest esse sub pena excommunicationis aut alia canonica pena potest eius determinatio vallari, etc.

Et sic patet ex premissis Pontificem supremum ac conditorem
 10 *Canonum* non posse facere novam veritatem catholicam vel non posse de veritate non catholicam facere veritatem catholicam, nec de falsitate non hereticam facere hereticam falsitatem, nec condere novum articulum in fide et per consequens *Canones* suos aut canonicas sanctiones esse tante auctoritatis ut sunt dicta *Sacre Scripture*, cuius contenta et ex
 15 eis sequentia sunt catholice veritates.

Et sic ad professorem *Sacre Scripture* plusquam ad professores *Canonum* pertinet veritates catholicas approbare et falsitates hereticas reprobare, et habetur intentum.

|| Consideranda sunt duo: assertorum pertinacia et assertionis heresia, P1 283v
 20 etc.

Pro canonistis tamen ad hunc potest argui, scilicet quod ad ipsos principalius spectet discernere inter hereticas assertiones et catholicas, quia ipsi canoniste exquisitius et magis ex intentione considerant de hereticis. Unde in *Decretalibus* est de hoc specialiter titulus satis
 25 prolixus. Et in *Decretis* diffuse et sepe tractatur de hac materia. In sacra autem *Scriptura* raro de hereticis fit mentio, in uno solo loco, ut videtur, scilicet *Ad Titum* 3: *hereticum hominem post primam et secundam monitionem devita*, et est allegatum supra.

Sed posset dici quod premissa concludunt quod ad canonistas magis
 30 pertinet scire modum puniendi hereticos postquam iudicati fuerunt heretici et modum contra eos procedendi. Canoniste enim et non theologi tractant de accusationibus, denunciationibus, inquisitionibus heretice pravitatis, et de citationibus, interrogationibus, examinationibus hereticorum et aliis ad iudicarium ordinem circa errore servandum
 35 pertinacibus, et de hiis principaliter considerant canoniste.

1 sanctiones] sanxiones a. c. P1 4 licet] in marg. P1 13 sanctiones] sanxiones P1 18 intentum] Ponatur in fine precedentia Pape super doctores et numquam* transeat ad precedentiam doctoris etc. add. in marg. inf. P1
 19–20 consideranda — etc.] in marg. sup. P1 21 ad hunc] sup. lin. P1
 24 hereticis] 2. o* add. in marg. P1 29 sed] responsio add. in marg. P1

Sed ex hoc videntur sequi intentum. Nam nullus est hereticus iudicandus nisi pertinax; nullus autem est pertinax iudicandus nisi qui correctus a suo prelato suum defendit errorem, ad quos ergo pertinet vel spectat scire quomodo errantes corripi debeant. A prelatiis eorum
 5 est scire qui sunt pertinaces et per consequens heretici iudicandi.

Confirmatur: nam pertinacia est quedam contumacia secundum GREGORIUM, distinctione 15, capitulo “Non licuit...” et secundum AUGUSTINUM, 24, questione 3, capitulo “Qui in ecclesia...”.

10 || De contumacia autem cum accedatur vel respectu non venientis, vel respectu non restituentis, vel respectu non respondentis aut obscure respondentis, vel recedentis, vel respectu non exhibentis, unde versus:

“Impedit, occultat iustis, parere recusat.

Non venio, cito discedo, non restituo rem,

Non iuro, loquor obscure, non exhibeo rem,

15 Casibus hiis dictis merito contemptor haberi.”

Que omnia presupponunt citationem ad hoc quod alius contumax reputetur. De citationibus autem et de hiis que ad ordinem iudicarium pertinet non theologi, sed decretiste tractare noscuntur. Sequi videtur ex hiis quod ad canonistas magis et principalius pertinet iudicare quis
 20 pertinet et hereticus sit censendus.

|| Ultimus, ad quem spectat criminis cognitio, spectat eiusdem cognitio, quia crimen non bene punitur nisi sit cognitum. Sed sic est in proposito, quod punitio hereticorum magis et principalius spectat, ymo ut videtur, omnis pertinet ad canonistas, igitur etc.

25 || Quintum folium.

P1 284r

Adhuc ad oppositum pro theologis potest argui quod ad eos principalius pertineat discernere hereticas pravitatem a veritatibus catholicis et econtra, nam theologi est de Deo tamquam principali subiecto. Unde ‘theologia’ dicitur a ‘theos’, quod est ‘Deus’, et ‘logos’,
 30 quod est ‘sermo’, quasi ‘sermo de Deo’; heresis autem peccatum principaliter commissum in Deum.

Item, contrariorum eadem est disciplina et notitia et idem est iudex recti et obliqui. Fidem autem et heresis contrarie opponuntur, cum igitur ad theologum principaliter pertineat considerare et iudicare de
 35 fide et de fide credendis; sequitur quod ad ipsum principaliter pertineat

1 sed] replicatio *add. in marg. P1* 6 confirmatur] confirmatio *add. in marg. P1* 18 noscuntur] u. *add. sed del. P1* 21 ultimus] confirmatio *add. in marg. P1* cognitio] punitio *apud fontem P1* 24 etc] *vacuum add. P1*
 25 quintum folium] *in marg. sup. P1* 26 adhuc] Abraham, Loth *add. in marg. sup. P1* 27 discernere] discerne *P1* 32 disciplina] si *scr. sed del. P1*

de heresi seu heresibus considerare et meditare; et habetur intentum.

Item, cum scientia inferior et superior considerant de eodem, scientia superior habet de illo principalius iudicare; sic est de theologia et scientia *Canonum* quo ad ea que sunt fidei. Patet per INNOCENTIUM III, *Extra*,
 5 “De accusationibus”, capitulo “Qualiter et quando” asserentem manifeste quod “ex auctoritatibus *Novi et Veteris Testamenti* processerunt canonice sanctiones.”

Item, quia, ut videtur, sola *Scriptura* divina inter alias vel pre aliis catholica debet dici et sola de necessitate salutis firmiter et indubie
 10 debet credi et sequentibus ex ea necessario quod ulterius sit ponentes probant rationibus primo quia extra illam *Scripturam* nulla veritas catholica reperitur, in qua continetur omnis veritas utilis ad salutem et omnis felicitas inimica dampnatur. Sic est de *Sacra Scriptura*, quia secundum AUGUSTINUM, “in *Sacra Scriptura* quidquid utile est invenitur
 15 et quidquid noxium est dampnatur”, igitur extra illam, etc.

Alia ratio ab eis adduntur talis fides ad quam tenebantur Hebrei fuit expressa in *Antiquo Testamento* sufficienter et totaliter, ergo tota fides ad quam nunc tenentur Christiani de necessitate salutis expressa est
 20 in *Novo et Veteri Testamento*. Patet consequentia, quia non minus est sufficiens ad salutem per cunctis fidelibus Christianis *Testamentum Novum* etiam *Veteri* quod erat antiquum sufficiens pro Hebreis. Ad hec sunt auctoritates supratacte, *Deuteronomio* 4, *ne addatis*, etc.

Ad idem quod eadem facilitate contempnitur qua probatur, ad fidem catholicam minime spectare videtur et esto quod sit verum non
 25 debet inter veritates catholicas numerari. Sed secundum IERONIMUM loquentem de *Scripturis* divinis quod “ex *Scripturis* divinis auctoritatem non habet eadem facilitate contempnitur qua probatur”. Sic autem esse videtur de sanctionibus summorum Pontificum.

Unde, ut isti astruunt, non sunt nisi quedam traditiones hominum
 30 non obligantes catholicos ad credentiam et observantiam de necessitate salutis quales fuerunt inter Iudeos tempore Christi, de quibus Salvator, *Matthei* 15, *in vanum me colunt docentes doctrinas et precepta hominum*, etc. et ante, *irritum facitis mandatum Dei propter traditionem vestram*, etc. quod faciunt ut iniquiunt sic arguentes humanas sectando
 35 decretales ac decreta, etc.

|| Arguto pro utraque parte, restat ad rationes utriusque partis P1 284v

7 sanctiones] sanxiones P1 8-15 item — etc] Marcilius *add. in marg.* P1
 9 catholica] p. c. P1 28 sanctionibus] sanxionibus P1 33 ante] p. c. *sup.*
lin. P1 ; *infra a. c.* P1 36 arguto] assertionis heresia, assertionis pertinacia de
 qua Christus etiam loquitur etc. *add. in marg. sup.* P1

respondere. Et primo ad inductas per canonistas.

| Ad primam dicitur quod, licet theologi magne* principaliter debeant scire quis est pertinax iudicandus, tamen motivum specialem convincendi errante de pertinacia scire magis pertinet ad decretistas
 5 seu canonistas. Multi enim sunt modi convincendi vel deveniendi in notitiam pertinacie alicuius errantis contra fidem, qui spectant ad ordinem iudicarium, puta si errans citatus ad iudicium venire recusat, si veniens renuerit respondere et subterfugit iudicium et examinationem, maliciose molliatur. Et istos modos magis tractant canoniste quam
 10 theologi, ymo theologi nil de hiis tractant.

Ad formam autem rationis respondendo potest dici rationem falsam assumere, cum dicit quod nullus errans contra fidem est pertinax iudicandus nisi prius correptus a suo iudice defendat errorem. Qui enim iuraret aliquam heresim se in perpetuum defensurum, de qua nec
 15 in *Decretibus*, nec in *Decretalibus* aut aliqua parte scientie iuris canonici mentio fit aliqua, sed solum in theologia, theologi talem non canoniste reprehenderent.

Ad aliam rationem dicitur quod omnis contumacia est pertinacia, sed non omnis pertinacia est contumacia. Et ideo, licet canoniste
 20 principaliter considerent de contumacia, non sequitur quod principaliter considerent de pertinacia, quia sepe scientia superior de universalibus et inferior de particularibus tractant et ad eundem finem. Et sic sepe contingit quod heretici sunt tam per theologos quam canonistas iudicialiter condemnandi.

Ad aliam, cum dicitur ‘cuius est punitio, eiusdem est cause cognitio’, dicitur quod sufficit ad punitionem cause confusa cognitio accepta ab alio certam et determinatam cognitione habente de huius crimine. Patet de iudice seculari ad quem pertinet ultimata punitio pertinacis heretici. Ad iudicem etiam seculares pertinet punire falsos monetarios vel alios
 30 quosvis falsos operarios de quorum tamen operibus non habent notitiam a seipsis; sic de canonistis et theologis videtur in hac parte.

Que autem sint que in hoc modum de hereticis et heresibus que pertinent ad canonistas principaliter et que sunt illa que habent de hereticis indagare? Potest dici quod canoniste habent considerare et
 35 discernere qua pena secundum iura oportet punire hereticos, qualiter contra hereticos formandi sunt libelli accusatorii et alii, quomodo

24 condemnandi] et de contumacia et pertinacia forte arguitur, posset dici...
 scr. sed del. P1 **25** punitio] * scr. sed eras. et corr. sed del. P1 **31** parte]
 dicendum scr. sed del. P1 **34** dici quod] p. c. in ras. P1 **35** hereticos
 qualiter] p. c. in ras. P1

producendi sunt testes et alia que spectant ad iudicium ordinatum seu positivus ad ordinem iudiciarium sunt fienda. Propter etiam multas hereses que in eorum libris reperiuntur dampnate, possunt de multis discernere qui sunt heretici iudicandi, licet hoc valeant
 5 theologi profundius iudicare. Quamvis enim in *Biblia* sub hoc nomine ‘heretici’ de hereticis rare fiat mentio, sancti tamen *Biblie* tractationes de hereticis sepe per principia in scriptura tradita, quomodo sit aliquis hereticus cognoscendus, iudicandus quoque tractatus magnos edidiunt* de quibus in libris canonistarum plurima inseruntur. Etiam
 10 determinationes Ecclesie in *Sacra Scriptura* fundate in eorum libris habentur et ideo possunt per hoc de hereticis et heresibus iudicare.

Si vero opponatur theologis quod de pertinacia que est completa conditio errantem in fide perficiens in *Scriptura* divina mentio nulla fiat. Potest dici quod ymo licet sub alio nomine, unde *Iohanni* 15,
 15 Christus loquens de Iudeis dicit sic: *si non non venissem, et locutus non fuisset eis, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo*, et subdit *si opera non fecissem*, etc. Et *Matthei* 11, *ve tibi, Corosaym, ve tibi Bethsaida*, etc.

|| Sextum folium

P1 285r

20 Ad rationes factas pro theologis, scilicet quod ad eos principaliter pertineat discernere inter hereticas pravitates quam canonistas, eo quod considerant de Deo tamquam de principali subiecto, contra quem, scilicet Deum, principaliter peccant heresis. Et quia fides et heresis opponuntur et idem est iudex recti et obliqui etc. Item, quia theologia est in hoc
 25 scientia superior scientia canonum, ut etiam fatentur INNOCENTIUS III, ut allegatur *Extra*, “De accusationibus”, capitulo “Qualiter et quando...”, conceditur rationes iste et conclusio ex illis illata, videlicet quoad assertionis heresiam, ut ita loquar, ut dicamus, sit videlicet quod ad aliquem esse hereticum duo concurrunt, scilicet assertionis seu quod
 30 assertio sit heresis aut hereticalis; secundo concurrit et requiritur ad aliquem esse hereticum assertorum pertinacia, nec unum sine reliquo sufficit.

Si enim assertio non sit heresis in se quantumcumque falsa, etiam si fuerit oppositum et contradictoria conclusionis demonstrate, unquam
 35 assertor illius esset hereticus iudicandus quantumcumque pertinax, puta

1 et alia] *p. c. in ras. P1* 8 cognoscendus] *in marg. P1* quoque] *sup. lin. P1* 19 sextum folium] *in marg. sup. P1* 20 ad¹] Abraham, Loth *add. in marg. sup. P1* 27 conceditur] *et quo scr. sed del. P1* 30 hereticalis] *heretica a. c. P1* 31 hereticum] *assertioni scr. sed del. P1* 35 quantumcumque] *p. c. P1*

si aliquis asseret pertinaciter aliquem triangulum non habere tres angulos
equales duobus rectis, unquam esset hereticus iudicandus.

5 ¶ Secundo concurrit ad aliquem esse hereticum assertoris pertinacia.
Licet enim aliquis opinaretur et assereret propositionem hereticam seu
affirmaret non tamen pertinaciter, puta quia esset paratus corrigi et
inquirere veritatis seu audire ab alio et stare iudicio Ecclesie universalis
vel alicuius partialis, puta Ecclesie Romane que est caput inter alias et
aliarum ecclesiarum disponente divino caput est et magistra, unquam
esset hereticus est dicendus, sicut nec fuit dicendus ABBAS IOACHIM,
10 qui tenuit oppositum ad quam sequebatur quaternitas in divinis, quia
non tenuit pertinaciter, quia paratus erat stare iudicio Ecclesie que
post determinavit oppositum sue opinionis, et de multis possent poni,
exempla obmitto.

15 ¶ Hoc igitur permissio patet possibilis concordia inter professores iuris
divini et iuris canonici quoad iudicium de heresi seu quoad iudicandum
aliquem esse hereticum. Nam theologus seu professor iuris divini
principaliter habet iudicare de assertionis heresia. Professor vero iuris
canonici habet principaliter iudicare de assertoris pertinacia, qualiter
sit iuridice convincenda et qualiter sit hereticus convictus canonice seu
20 iuridice puniendus secundum canonicas sanctiones. Unde etiam quilibet
professorem huius potest alteri dicere quod scribitur *Genesis 13, ne
queso sit iurgium inter me et te, fratres enim sumus*. Vel potius dicat
una facultas alteri *ne queso sit iurgium inter me et te, inter pastores
meos et pastores tuos, fratres enim etc.*, id est inter professores meos
etc. Sed quod sequitur non habet locum in presenti casu: *recede a me,*
25 *obsecro; si tu ad dexteram ieris, ego sinistram tenebo; si tu sinistram
elegerit, ego ad dexteram pergam*. Non sic inter predictos professores
iurium, nam unanimiter et concorditer hunc procedere contra hereticos
hii ad assertionis heresiam discernendam, alii ad assertorum pertinaciam
convincendam et puniendam, ut figurari possint quoad aliquid per alios
30 duos fratres qui Dine sororum eorum que fidem potest figurare, scilicet
Symeon et Levi, oppressores Dine unanimiter ingressi urbem Sichen,
suis gladiis peremerunt, ut habetur *Genesis 34*.

7 caput] capud a. c. P1 10 oppositum] in divinis scr. sed del. P1 divinis]
que scr. sed del. P1 11 iudicio] q. scr. sed del. P1 16 iuris] domini scr.
sed del. P1 17 assertionis] assertionum a. c. P1 19 canonice] p. c. P1 ;
se iu. scr. sed del. P1 20 sanctiones] sanxiones P1 21 potest] p. c. P1
22 fratres] id est sorores add. sup. lin. P1 23 alteri] vel unum ius alteri add.
in marg. P1 24 fratres enim etc] sup. lin. P1 28 iurium] sup. lin. P1
hereticos] unus scr. sed del. P1

|| Ad alias rationes quibus arguitur pro theologis et contra decretistas ex eo quod nulla veritas extra *Sacram Scripturam* catholica reperitur ex eo quod in ea continetur omnis veritas utilis ad salutem et omnis falsitas inimica dampnatur, teste AUGUSTINO dicente: “in Sacra Scriptura quidquid utile est invenitur et quidquid noxium est dampnatur.”

| Et iterum, quia, sicut tota fides ad quam tenebantur Hebrei sufficienter continebatur in *Antiquo Testamento*, ita tota fides ad quam tenentur Christiani de necessitate salutis continetur sufficienter in *Novo et Veteri Testamento*, de quo dictum est Hebreis, *Deuteronomio* 4: *non addetis ad verbum quod loquor vobis*, etc. Adducebaturque illud IERONIMI, quod “ex *Scripturis* divinis auctoritatem non habet eadem facilitate”, etc. Cetereque scripture traditiones hominum dicebantur, de qualibus dicebat Salvator, *Matthei* 15: *in vanum me colunt docentes doctrinas et precepta hominum*, etc. Sub hocque dictio dicunt contineri *Decretales* et *Decreto* summorum Pontificum, que, ut dicunt, non obligant ad ea credendum de necessitate salutis quoad eorum determinationes de credibilibus, quia sunt doctrine hominum. | Nec ad conformiter agendum quoad instituta et regulas datas de agibilibus, quia sunt precepta hominum, non divina seu Dei, ex quibus sequitur *Decretales* et *Decreta* summorum Pontificum nullius esse efficacie, nullamque habere roborum, firmitatem seu coactivam potentia. Quod, ut magis appareat alica taliter opinantium dicta et conclusiones in medium proponamus.

1. || “Solam divinam scripturam vel canonicam, et ad ipsam per necessitatem sequentia atque ipsius interpretationem ex communi consilio fidelium factam vera esse, ad eternam beatitudinem consequendam necesse est credere, si alicui debite proponatur.”

2. || “Legis divine dubias diffinire sententias in hiis presertim que Christiane fidei dicuntur articuli et reliquis credendis de necessitate salutis solum generale consilium fidelium aut illius valentiorum partem vel multitudinem determinare debere, nullumque aliud collegium partialem aut singularis personam cuiuscumque conditionis existat iam dicte determinationem auctoritatem habere. Prima harum infert ex 19 capitulo, distinctionem secundam, vero ex 20.”

1 ad] Marcellius *add. in marg. P1* ; et infra *add. in marg. P1* 7 tenebantur] suff. *scr. sed del. P1* 9 salutis] *sup. lin. P1* 16 dicunt] *p. c. P1* 25 1] *in marg. P1* ; Marcellius *add. in marg. P1* 27 beatitudinem] *sunt scr. sed del. P1* 28 si alicui — proponatur] *iter. P1* 29 2] *in marg. P1* 33 aut] *cuius scr. sed del. P1* cuiuscumque] *cumiuscumque P1*

3. || “Ad servandum precepta divine legis, pena vel suplicio temporali nemo evangelica scriptura compelli precipitur. Huius certitudo habetur ex 9 secunde distinctionis capitulo.”

4. || “Soliue evangelice legis precepta vel ad ipsa per necessitatem sequentia, et que secundum rectam rationem fieri convenit vel obmitti, propter eternam salutem necessarium est observare; antique vero legis nequaquam omnia necessarium est observare. Patet ex 9 secunde distinctionis.”

5. “In divine seu evangelice legis preceptis aut prohibitis neminem mortalem dispensare posse, ●:| nec premissa prohibere, obligando ad culpam vel penam pro statu presentis seculi vel venturi, preter generale consilium aut fidelem legislatorem humanum, nullumque aliud parziale collegium aut singularem personam cuiuscumque conditionis existat posse in premissis dispensare, prohibere vel obligare. Patet ex 12 secunde distinctionis.” —

6. “Legislatorem humanum solam civium universitatem esse aut illius universitatis partem valentiorum. Patet ex 12 et 13 capitulis prime distinctionis.”

7. “Decreta seu decreta Romanorum seu summorum pontificum quorumcumque communiter aut divisim absque consistione legislatoris humani pena vel supplicio temporali pro statu presentis seculi vel futuri ad observandum neminem ligare. Ex 12 prime.”

8. “In humanis legibus solum legislatorem humanum vel illius auctoritate principantem aliquem dispensare. Huius certitudo potest haberi ex 12 prime distinctionis.”

9. “Principatum electum aut alterum qualecumque officium a sola electione auctoritatis habens, a nulla alia confirmatione aut approbatione dependere. Ex eodem patet.”

10. “Cuiuslibet principatus aut alterius officii per electionem instituendi, precipue vim coactivam habentis, electionem a solius legislatoris expressa voluntate dependere. Patet ex eodem, scilicet 12 prime distinctionis.”

|| Septimum folium

|| Et consequenter ponunt sic opinantes vel ponit capitalis horum

P1 286r

1 3] in marg. P1 4 4] in marg. P1 9 5] in marg. P1 11 vel²] divinum add. in marg. P1 13 cuiuscumque] cumiuscumque P1 16 6] in marg. P1 19 7] in marg. P1 23 8] in marg. P1 26 9] in marg. P1
29 10] in marg. P1 33 septimum folium] in marg. sup. P1 34 et] multas similes propositiones ex eadem radice procedentes usque ad 41 add. in marg. sup. P1

inventor errorum et totus Ecclesie ac status ecclesiastici* quantum in se est subversor et destructor, qui se *Defensorum pacis* nominat, et bene iuxta gallicum, quia pacem impedit seu impedire ni** totius Christianitatis tranquillitatem quam presentis temporibus habuisse

5 cognoscitur per bona concordiam inter prelatos Ecclesie quorum supremus est habitus Romanus Pontifex usque in presens et principes seculi fidelem et Ecclesie Dei filios et eidem Ecclesie parentes in licitis et honestis et eam reverentem ob reverentiam regis regum Deum Ihesu Christi *qui dilexit non et lavit a peccatis nostris in sanguine suo*.

10 ¶ Totamque facultatem decretorum seu iuris canonici per quam Ecclesia Dei recta est a longis temporibus et regitur adhuc et regetur in posterius divino concedere elidit et enervat ponendo conditores canonum nullius fore actionis nec quoad credibilia fidei, nec quoad agibilia vite moralis, canonesque suos iam conditos vel in posterum condendos

15 nullam penitus roboris firmitatem, nec vim obligativam fidelium ad quamcumque credentiam ac obedientiam, nec transgressorum habere vim coactivam per penam seu penas presentis seculi, etiam in facto heresis, et cetera multa ex dictis suis per ipsum assertis secuntur, quorum opposita supponit facultas decretorum, et sic, ut dictum, totam dictam

20 facultatem et enervat.

¶ In quo casu, nulli dubium patrocinari debet facultas theologie, ut in hac valle miserie, mater succurrit filie, mater siquidem dico theologiam scientie vel facultatis decretorum quia, ut sepe allegatum est ab INNOCENTIO III magno, ut audivi a domino Mattheo* cardinale dic

25 a nobis peritis canonum fundatore ipsumque in dicta facultate inter alios floruisse, *Extra*, “De accusationibus”, capitulo “Qualiter et quando...”, dicendo quod “ex auctoritatibus novi et veteris processerunt canonice sanctiones.” Iuvanda est igitur facultas a facultate etc. professorem a professore sicut frater a fratre. Nam, ut inquit sapientissimus, *frater*

30 *qui iuvatur a fratre tamquam civitas firma*, sicque fecit Abraham pater fidei materie* respectu Loth persecuti* et capti cum sua subiecta per inimicos, unde *Genesis 14 cum audisset Abraham, captum Loth fratrem, numeravit expeditos vernaculos suos*, etc. et sequitur qualiter *percutit*

3 ni**] *sup. lin. P1* 5 ecclesie] *sup. lin. P1* 6 est] *sup. lin. P1*
 10 totamque] Protecto/Pro recto* iure speranti Deus etc. et alie *** de dominio Christi tang* possunt *pasce oves meas iura* comi* sit veri* que re* add. in marg. P1* totamque] Potestatis regiminis clavem quandam Petro, etc. *add. in marg. P1* 15 vim] *sup. lin. P1* 19 sic] *eam scr. sed del. P1* 24 a] iuris *scr. sed del. P1* 24–25 domino — nobis] *in marg. P1* 28 sanctiones] *sanxiones P1*

inimicos Loth, *et persecutus est eos*, etc., *reduxitque omnem substantiam, et Lot fratrem suum*, etc.

Ad hanc reprobationem adversariorum Ecclesie et fidei, quorum maximum de nostris temporibus reputo fuisse predictum auctorum, scilicet MARSILIUM DE PADUA nominatum, scripturamque suam superstitem, totius fidei et Ecclesie inimicam et puto omnes professores tam iuris divini quam canonici illam expugnare debere pro viribus de necessitate salutis, ne incident in illam maledicto* que scribitur Ezechelem 13: *ve prophetis Israhel insipientibus, qui sequuntur spiritum suum et nihil vident! Quasi vulpes in desertis prophete tui, Israhel*, et sequitur eos reprehendendo: *non ascendisti ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israhel*.

| Negligentius enim facere doctoris officium sive sit professor iuris divini, sive canonici, scilicet non opponens se murum pro domo Israhel, nec ascendentes ex adverso hunc timere sententiam salvatorum contra suum negligente multiplicatione talentum, *Matthei 24: inutilem servum eicite in tenebras exteriores; illic erit fletus et stridor dentium*, et per consequens talis obmissio, ut videtur, est dampnabilis, ut alibi etiam a Salvatore notatur cum dicitur: *servus sciens voluntatem domini sui et non faciens plagis vapulabit multis*. Propter quod Paulus, doctor gentium, subdetiori* suo Thimotheo, *2 Thimothei 4: predica verbum, insta opportune, importune; argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina*. Et infra: *vigila, in omnibus labora, opus fac evangeliste, ministerium tuum imple*. Unde *Ephesios 6* doctoribus specialiter precipitur sumere *scutum fidei et gladium spiritus quod est verbum Dei*.

Quod attenderis ego minimus et ignarus et sine libris cum paupercula evangelica aliquid in hac re volo mittere, licet minimum residuum viris notabilibus litteratis ac libratis perficiendum delinquens.

30 <Contra primam propositionem>

|| Quoad primam propositionem suam, qua dicit sic “solam divinam P1 286v

1 omnem] subiectam *scr. sed del. P1* 8 ne — scribitur] + *add. in marg. P1* 13 negligentius] negligentius *P1* 14 canonici] et *scr. sed del. P1*
 16 negligente] negligente *P1* 18 ut²] spiritum nolite extinguere *add. in marg. P1* 26 dei] respondetur 12: commissum* secundo nunc quod * queras etc. *add. in marg. sed del. P1* 27–29 quod attenderis — delinquens] *del. P1*

Scripturam divinam” etc. Pro hanc conclusione ostenditur aliqua alia credenda esse de necessitate salutis et plures esse veritates quam veritates catholicas quam sint veritates in *Sacra Scriptura* contente aut ad ipsam vel ad contenta in ea de necessitate sequentes, pro cuius
 5 evidentia de veritatibus theologicis et credendis de necessitate salutis ponuntur alique propositiones.

Prima sit ista: de veritatibus de Deo et Christo secundum humanitatem ac divinitatem, ut quod Deus est unus et quod est una
 10 essentia et tres persone, quod Christus est verus Deus et verus homo et quod passus est et mortuus et resurrexit etc. sentiendum tamen et illis assentiendum ex fide, assensu fidei firmo et indubio de necessitate salutis, assensu inquam medio inter assensum scientificum et assensum opinativum; maiori assensu opinativo propter certitudinem, firmitatem et indubietatem; minori assensu scientifico propter inevidentiam, unde
 15 secundum Apostolum, *fides est substantia sperandarum, argumentum non apparentium*, et propter, secundum doctores theologicos, fides ponitur habitus medius inter opinionem et scientiam, supra opinionem et infra scientiam, propter causas supratactas.

Probatur conclusio vel propositio predicta ad intellectum datam
 20 faciliter, quia eam concedit pars adversa per ATHANASIUM in principio *Symboli* sui “quicumque vult salvus esse” usque ibi “absque dubio in eternum peribit”, et in fine “hec est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit” “absque dubio in eternum peribit”. Et intelligendum est conclusio vel propositio explicite vel implicite. Implicite
 25 dico proprie fidelem simplicem et ignaros laycos quibus sufficit credere sicut Ecclesia credit et crede implicite, scilicet generaliter, omnia que in *Symbolum Apostolorum* et *Ecclesie* et *Athanasii* et si que alia ecclesia fide credit sic, inquam, credere supradictas veritates de Deo et Christo fidelibus universis est de necessitate salutis.

Secunda propositio: nonnullis aliis veritatibus, nec de Deo, nec de Christo enuntiatis quonymo de creaturis et personis infidelibus dictis quales continetur in ystoriis *Novi* ac *Veteris Testamenti* assentire indubie ex fide explicite vel implicite cunctis fidelibus de necessitate salutis. Patet, nam tota *Sacra Scriptura* et omnia in ea asserta nobis
 35 tradita sunt ad credendum, et ista concedit etiam pars adversa. Potest etiam ad hoc *Decretum*, distinctione 9, capitulo “Quis nesciat...” et est AUGUSTINI dicendo “Quis nesciat *Sacram Scripturam* canonicam,

7 prima] *iter. in marg. P1* 10 tamen] *sup. lin. P1* 25 laycos] *sup. lin. P1* 26 scilicet] *sup. lin. P1* 30 secunda] *iter. sed del. P1 ; iter. in marg. P1*

tam *Veteris* quam *Novi Testamenti*, certis suis terminis contineri, eamque omnem posteriorum episcoporum litteris ita preponi, ut de illa omnino dubitari aut disceptari non possit, utrum verum vel falsum sit quod in ea scriptum constiterit.”

5 Cui propter auctoritati addendum vel subintelligendum quod est in ea scriptum esse constiterit scriptum et assertum. Non enim omne quod in *Scriptura* continetur in eadem asseritur esse verum, ut est illud dictum Dei de Adam, *Genesis*, *Ecce Adam quasi unus ex nobis*, etc., quia non dictum est assertive, sed magis yronice. Et illud dictum
10 Chrsti in *Evangelio*, *si dixero quoniam non novi eum, similis ero vobis, mendax*, in quibus verbis includitur hec propositio ‘quoniam non novi eum’, scilicet Patrem que quidem propositio non asseritur in dictis, sed totalis contradictoria propositio ‘si dixero quoniam novi eum’ etc., que propositio contradictoria vera est etiam si antecedens sit falsum.

15 Sed, quia predicta propositio conceditur ab adversario et probatio, scilicet dictum AUGUSTINI allegato in *Decreto* supradicti, est probatio sue prime propositionis “solam scripturam divinam vel canonicam”, etc., ideo ulterius procedendo ponuntur propositiones aliquae, propositiones quarum prima et in totali ordine tertia sit talis: nonnullis veritatibus
20 in *Sacra Scriptura* divina vel canonica non contentis, nec ex ea per necessitatem sequentibus que tamen per revelationem divinam et approbationem et acceptionem Ecclesie mediantibus Apostolis ad catholicos pervenerunt est assentiendum et credendum ex fide firmiter et indubie a fidelibus de necessitate salutis. Et hec propositio est expresse
25 contradictio prime propositionis partis adverse, scilicet MARCILII DE PADUA.

|| Octavum folium

P1 287r

Patet predicta propositio per beatum AUGUSTINUM, *Contra Manicheos*, cuius verba recitantur in *Decreto*, distinctione 2, capitulo
30 “Palam...” ubi dicitur sic: “Palam quod in re dubia ad fidem” et certitudinem habendam “Ecclesie catholice valeat auctoritas, que” — scilicet Ecclesia — “ab ipsis fundatissimis Apostolorum sedibus usque in hodiernum diem episcoporum sibi succedentium serie et populorum consentione firmatur.” Ex hiis verbis posset argui pro premissa

2 litteris] p. c. P1 6 constiterit] et scr. sed del. P1 8 genesis] lac. add. P1 10 evangelio] lac. add. P1 11 propositio] non scr. sed del. P1
17 etc] sup. lin. P1 19 tertia] iter. in marg. P1 20 vel] cath. scr. sed del. P1 27 octavum folium] in marg. sup. P1

propositione, nam multe veritates ab Apostolis, eorum successoribus et convenienter ad nos pervenerunt, quibus credendum esse videtur ex fide de necessitate salutis.

Confirmatur: nam Christus dum viveret in carne mortali multa
 5 docuit Apostolos et multa coram eis fecit que nullatenus in *Evangelio* continentur. Unde *Iohanni 20: Multa quidem et alia signa fecit Ihesus in conspectu discipulorum suorum que non sunt scripta in hoc libro*. Et in fine capituli 21 et per consequens in fine *Evangelii* sui et aliorum idem dicit non solum de signis, ymo universaliter de factis Christi et
 10 dictis Christi, unde inquit Iohannes: *Sunt autem et alia multa que fecit Ihesus* — et supple dixit — *que, si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum posse capere qui scribendi sunt libros*, supple cum eorum expositionibus possibilibus.

Talia, inquam, vel eorum multa per Apostolos venerunt ad suos
 15 immediates successores et ab illis ad alios, et sic consequenter et tandem ad nos que dubitare nobis non est fas, ymo tenemur credere illa firmiter de necessitate salutis, de quorum numero credendorum videntur esse verba sacramentalia corporis et sanguinis dominici que in forma qua Ecclesia vertitur in nullo evangelistarum ponuntur. Unde INNOCENTIUS
 20 III in libro *De missarum solemniis* sic inquit: “sane multa tam de factis quam de dictis dominicis invenimus ab evangelistis obmissa que apostoli vel supplevisse facto vel verbo expressissime legitur.” Et infra: “credimus igitur formam verborum sicut in canone” — supple misse — “reperitur apostolos et ab apostolis eorum successores recepisse.”

Quarta propositio contra predictum adversarium Ecclesie potest
 25 poni quod nonnullis veritatibus in sacro *Canone* seu *Scriptura sacra* non contentis est assentiendum firmiter et indubie ex fide de necessitate salutis que a Christo Apostolis nec dicte fuerunt, nec coram eis facte. Patet: nam secundum dicta Christi, Spiritus Sanctus mittendis Apostolis post ascensionem erat docturus multis veritates,
 30 unde *Iohanni 16: spiritus veritatis ille vos docebit omnem veritatem; non enim loquetur a semetipso, sed quecumque audiet loquetur, et que ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit*. Et per consequens patet quod Spiritus Sanctus erat Apostolos docturus multas veritates.
 35 Huius autem veritates Apostoli docuerunt fideles sui temporis et suos

8 aliorum] per *add. sup. lin. P1* 10 inquit] Christus *scr. sed del. P1*
 18 sacramentalia] sacramenti *scr. sed del. P1* 20 in] tertio *scr. sed del. P1*
 25 quarta] quarta conclusio vel propositio *add. in marg. P1* 30 mittendis]
 mittendiss *P1* 31 veritatis] qui a Patre procedit *add. sed del. P1*

successores et illi alios successores, et sic communiter et tandem sit usque ad nos huius veritates pervenire potuerunt, ymo ut est verisimile multe huius veritates de facto ad nos pervenerunt. Non enim verisimile est Spiritum Sanctum apostolos tantum docuisse ea que in libro *Actuum* 5 *Apostolorum* continentur, nec Apostolos tantum docuisse fideles sui temporis ea que in *Actibus Apostolorum* continentur, qui liber, ut notum est, terminantur ad pacificam doctrinam Apostoli Pauli Rome per biennium ante passionem suam, ude in fine *Actuum* dicitur quod *mansit ibi biennio toto in suo conductu et suscipiebat omnes qui ingrediebantur* 10 *ad eum predicans regnum Dei et docens ea que sunt de Domino Ihesu cum omni fiducia, sine prohibitione*. Amen. Unde in hoc libro *Actuum* nil habetur de Petri predicatione Rome, nec de presidentia et prelacione Rome quam tamen Christus sibi predicat cum sibi dixit sibi: *pasce oves meas*, scilicet illas oves de quibus alibi Christus: *alias oves habeo, que* 15 *non sunt ex hoc ovili; oportet me eas adducere et fiet unum ovile et unus pastor*.

Item, in eodem libro non fit mentio de martirio Petri, quod etiam Christus sibi predicat dicens: Petre, *cum esses iunior, cingebas et ibis quo volebas; cum autem senueris, alius cinget et ibis quo non volens*. 20 *Hoc autem dicebat* — inquit evangelista Christus — *significans qua morte Petrus erat clarificatus Deum*. Quod martirium nulli dubium fuisse a Petre collatum Rome credendum est de necessitate salutis. Similiter de martirio Pauli nullam mentionem facit LUCHAS in hoc quem edidit libro *Actuum*, cum tamen sint omnis comes peregrinationis Pauli et 25 Romam cum eo interierit, et per consequens talia non esse credenda eo quod non continentur in hoc libro est arguere per locum ab auctoritate negative. Sunt igitur predictae veritates credende de necessitate salutis, et propositum, etc.

|| Quinta propositio sit ista, quod non solum de veritatibus pretactis 30 in precedentibus propositionibus sentiendum est in fidei firmitate ac de eis credendum indubie fidelibus de necessitate salutis, sed de omnibus veritatibus que ex dictis veritatibus inferri possunt necessaria consequentia. Et adducunt aliqui ‘omni tempore necessitatis habente’, que additio videtur superflua, cum omnis consequentia equivaleat uni P1 287v

2 verisimile | verissimile P1 3 verisimile | verissimile P1 est | ap. scr. sed del. P1 4 tantum | in marg. P1 11 amen | in marg. P1 13 predicat | predixat P1 ; inmixat add. sup. lin. P1 18 predicat | predixat P1 cingebas | cingebat a. c. P1 ibis | ibit a. c. P1 19 volebas | volebat a. c. P1 senueris | senuerit a. c. P1 22 rome | in marg. P1 24 comes | sup. lin. P1 25 romam | rome a. c. P1 29 quinta | iter. in marg. P1 33 aliqui | p. c. P1 34 superflua | p. c. P1

propositioni conditionali que, si est vera, est necessaria. Omnis autem
 propositio necessaria omni tempore est necessaria et, per consequens,
 omnis consequentia vera seu bona omni tempore est necessaria et
 sic additio in illa videtur superflua. Stet igitur propositio predicta
 5 in sua veritate indubia que nulli dubium pro tali tenenda est, si
 propositiones alie vere sint precedentes, cum omni credens antecedens
 alicuius bone consequentie sciens consequentiam esse bonam, id est
 veram et necessariam, hanc credere consequens eiusdem consequentie.

¶ Sexta propositio: nonnullis veritatibus que nec ex solis *Scripturis*
 10 divinis et, ut veritatibus que Apostolis a Christo dicte sunt, que
 non sunt scripte in libro hoc, id est in sacro *Canone*, nec post per
 Spiritum Sanctum Apostolis revelate, nec per consequens per eos ad
 nos pervenerunt credendum est de necessitate salutis, nec ex predictis
 sequentibus necessaria consequentia.

15 ¶ Ymo quibusdam veritatibus que ex predictis vel eorum aliquibus
 seu aliquo et quibusdam veris que in facto constituunt que rite negari
 non possunt manifeste secuntur credendum est de necessitate salutis.

¶ Circa quam propositionem advertendum est quod hic actus
 credendi non capitur proprie prout est purus actus fidei que, ut
 20 supradictum est, ponitur huius medius inter scientiam et opinionem,
 inferior scientia et superior opinione, habens cum scientiam communem
 certitudinem, cum opinione in evidentiam. Et per consequens, ratione
 certitudinis est supra opinionem, ratione inevidentie infra scientiam.
 Tali, inquam, actu credendi talibus veritatibus non est assentiendum
 25 de necessitate salutis, cum non ex solis creditis fide, sed cum hoc ex
 quibusdam rationabiliter opinatis et opinandum necessario inferantur.
 Conclusio autem seu assensus conclusionis per regulam logicalem partem
 debiliorem sequatur.

Talibus, inquam, veritatibus assentiendum est et credendum partim
 30 de necessitate salutis, amplius quam sequentibus ex pure opinatis, nec
 sunt quovis modo huius veritates indubium revocande, nec negari possunt
 sine protervia et peccato mortali et, per consequens, assentiendum est eis
 de necessitate salutis. Unde AUGUSTINUS *Contra academicos* inquit:
 “absit ut nos scire negemus, quod fide dignorum testimonio didiscimus”
 35 Et multo fortius non debemus negare que partim fide, partim fide
 dignorum testimonio didiscimus.

9 sexta] *iter. in marg. P1* propositio] *de scr. sed del. P1* 10 ut] *sup.*
 lin. P1 13 salutis] *ymo aliquibus veri. scr. sed del. P1* ex] *Evangelio scr.*
sed del. P1

Septima propositio ponitur a quibusdam quod demonstratio* huius
veritatis de quibus posita est precedens conclusio sunt tales veritates,
scilicet quod Regule a sanctis Patribus institute, BAZILIO, BENEDICTO,
AUGUSTINO, DOMINICO, FRANCISCO etc. sunt salutifere licite et
5 meritorie. Quia, licet huius veritates ex solis *Scripturis sacris* vel
contentis in *Sacra Scriptura* et veritatibus quas Christus extra
Scripturam docuit Apostolos aut Spiritus Sanctus post ascensionem
revelavit mediantibus eorum successoribus ad nos pervenerunt inferri
non possunt necessaria consequentia. Tamen ex predictis veritatibus et
10 gestis sanctorum, de quibus fidelibus rationabiliter potest fieri fidem, id
est probatio sufficienti uno rationabili, sufficienter inferri possunt.

Corollaria: huic conclusioni annecti potest per modum corollarii
quod tali modo assentiendum est fide huius veritatibus quod Petrus
Rome fuit quod ibidem *Evangelium* predicavit et prefuit* ut Pontifex,
15 et ibidem glorioso martirio presentis vite cursu confirmavit. Ista enim
veritatem possunt inferri partim ex fide *Sacre Scripture*, scilicet
Evangelii, scilicet predictione Christi de sua presidentia et martirio
Rome collando, partim ex autenticis ystoriis rerum gestorum Rome
et vestigiis et memoriis adhuc restantibus et continuatis semper, nec
20 unquam in dubium revocatis a viris rationabilibus quibuscumque.

Corollarium: ad istum modum veritatum catholicorum de necessitate
salutis credendarum potestas reduci hec veritas quod Apostoli
Symbolum condiderunt, nam quamvis veritates articulorum in
Symbolo huius contentarum possint inferri ex *Scriptura*, tamen
25 quod Apostoli illas sic collegerint iacet in facto et per ystóricos
extra *Scripturam* solum sciri potest. Idem dicendum de *Symbolo*
Athanasii et similibus, etc.

|| Nonum folium.

P1 288r

Tandem queri poterit unde sciri potest que sunt ille veritatem
30 non contente in *Scriptura*, nec sequentem inde necessario a Christo
dicte vel Spiritu Sancto revelate Apostolis, etc. In quo dubio, cum sit
certum aliquas esse vel fuisse talem, advertendum est et precavendum
periculum discredentie maxime si non dissonent expressis in *Scriptura*

1 septima] *iter. in marg. P1* demonstratio*] *sup. lin. P1* 5 huius] *regule*
scr. sed del. P1 7 ascensionem] *et per m. eos scr. sed del. P1* 8 revelavit]
in marg. P1 12 corollaria] *in marg. P1*; corollarium a. c. P1; tale filium*
nam quale martirium Christus Petro predixit *add. in marg. P1* 15 ista] *iste a.*
c. P1 21 corollarium] *in marg. P1* 24 possint] *p. c. P1* 28 nonum
folium] *in marg. sup. P1* 40/29-41/1 tandem — sequentibus etc.] *del. P1*
32 talem] *sup. lin. P1*

et sequentibus, etc.

|| Octava propositio potest poni iuxta dicta sic opinantium quod nonnullis veritatibus que precise in facto consistunt cuius sunt veritates de factis Ecclesie sive gestis sanctorum que in ystoriis et cognitis
5 continentur assentiendum est de necessitate salutis et, licet non sub pena heresis, tamen sub pena peccati mortalis quod incurreret qui illas veritatem negande proterve ad hoc videtur facere quoddam dictum AUGUSTINI supratractum: “absit ut scire negemus, quod fide dignorum” — scilicet ystoriographorum — “didiscimus” Et capitur hic scire pro credere
10 large sumpto, scilicet pro probabiliter assentire et acceptare aliquid pro vero.

|| Huic propositioni addi potest nona propositio, videlicet quod de numero talium veritatum de quibus est precedens propositio sunt iste, scilicet Romanam Ecclesiam super alias habere primatum, beatum
15 Petrum fuisse Romanum Pontificem, eius sedem de Antiochia Romam fuisse mutatam, Romanos Pontifices Petro successisse non in episcopatu Romano, sed in primatum totius Ecclesie, de quibus veritatibus nichil exprimitur in *Sacra Scriptura*, etiam gloriosa martiria Apostolorum Petri et Pauli que LUCHAS obmisit, ut tactum est supra, de quibus
20 martiriis et primatu Romane Ecclesie collato per hec martiria gloriosa habetur sub auctoritate GELAZII, distinctione 21 *Decreti*, ubi sic dicitur, quod “Petro in Roma adhibita est societas beatissimi Pauli, vasis electionis, qui non diverso sicut heretici garriunt, sed uno tempore vel eodem gloriosa morte cum Petro in urbe Roma sub Cesare
25 Nerone coronatus est et supradictam Ecclesiam, scilicet Romanam, Christo Domino consecraverunt, eamque cunctis urbibus, id est cunctis urbium, ecclesiis in universo orbe sua presentia ac venerando triumpho pretulerunt.” Hec sunt pro veraci ystoria reputanda, quinimmo tamquam veritates “ab ipsis fundatissimis Apostolorum sedibus usque in hodiernum
30 diem succedentium sibi episcoporum serie et populorum consensione firmate.” et usque ad nos continue propter quod nullatenus sunt indubium revocande. Unde AUGUSTINUS in quodam *Sermone* de martiribus sic inquit: “magni periculi res est si post prophetarum oracula, post apostolorum testimonia, post martirium vulnera, veterem
35 fidem quasi novellam discutere quis presumat, et post morientium sudores otiosa disputatione de veritate religionis contendat.” Cum igitur premissas veritates, de quibus est nona propositio posita, receperit Ecclesia a fundatissimis apostolorum sedibus usque in presens, quamvis

2 octava propositio] *iter. in marg. P1* 12 nona propositio] *iter. in marg. P1*
 15 romam] *p. c. P1* 30 sibi] *ras. et lac. add. P1* populorum] *p. c. P1*
 31 nullatenus] *p. c. P1*

in *Scriptura* non exprimantur, nec ex contentis in ea necessaria consequentia sequi, non appareant tamen tenende de necessitate salutis.

|| Sicut enim non omnia dicta factaque Christi fuerunt scripta in *Evangelio*, ut patet *Iohanni* 20 et 21, sic nec omnia que apostoli docuerunt et servari mandaverunt in *Scripturis* redegerunt. Unde, ut videtur in supradictis, veritatibus credendis seu probabile tenendis non negandis seu non dubitandis debet sufficere continuatio et continua observantia a fundatissimis apostolorum sedibus usque in presens. De huius enim dubitare magni est periculi, ut dicit AUGUSTINUS ubi supra.

|| Potest ulterius alia propositio iuxta dicta sic opinantium, videlicet quod scriptis Summorum Pontificum et sanctorum doctorum que pro sanis et catholicis dogmatibus tradiderunt et conscripserunt, est assentiendum probabiliter et negare, ubi non dissonat fidei, sed concordant, est protervum et non videtur posse fieri sine peccato vitando de necessitate salutis, quamvis in hoc peccatum heresis minime incurratur, sicut patet per AUGUSTINUM, distinctione 9 *Decreti*, capitulo “Ego solum...”

| De aliis vero scripturis, de quibus est decima propositio, dicitur distinctione predicta, capitulo “Veterum...”: “aliis autem scripturis seu epistolis prelatorum quantacumque probitate fulgeant non adeo inherendum est, ut ex eis sic testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sicubi forte aliter sapuerint quam veritas postulet.” Ex hiis verbis videtur patere dicta propositio, videlicet quod, licet non talibus contra sentire, nisi visi sicubi aliter sapuerint quam veritas postulet. Si ergo scripserint consone veritati, assentiendum est illis, et habetur propositio decima vera.

|| Que propositio aliunde patet, videlicet quod scriptis Pontificum et sanctorum doctorum que pro sanis et catholicis dogmatibus conscripserunt, probabiliter est credendum. Nam talia non videntur esse minoris auctoritatis quam sint quacumque ystorie aut cronice sive fidelium, sive infidelium que extra *Sacram Scripturam* habentur. Sed fatuus omnino censetur qui omnes ystorias et cronicas extra *Sacram Scripturam* positas negaret, ut notum est. Igitur propositio predicta, scilicet quod talibus scriptis est assentiendum, etc. Est autem dicta propositio moderanda, videlicet quod talibus est assentiendum

P1 288v

3 factaque] facta a. c. P1 6 tenendis] sup. lin. P1 7 non] sup. lin. P1
 10 potest] decima propositio add. in marg. P1 13 probabiliter] sup. lin. P1
 23 non] sup. lin. P1 27 que] decima propositio add. in marg. P1
 31 infidelium] p. c. P1 35 propositio] p. c. P1

si et inquantum et ex eo quod divine *Scripture* concordant, ut sunt canonice sanctiones que ex auctoritatibus *Novi et Veteris Testamenti* processerunt et dicta sanctorum que divine *Scripturam*, ymo ipsam declarant et elucidant. Unde et ab ipsa laudantur, *Ecclesiastici* 24:
 5 *qui elucidant vitam eternam habebunt.*

‖ Ex hiis inferunt aliqui esse quinque genera veritatum que catholice sunt dicende et quibus oportet catholicos assentire de necessitate salutis. Primum genus est earum veritatum que in *Sacra Scriptura* continentur expresse et earum que necessaria consequentia ex illis inferri possunt. |
 10 Secundum, earum que ab apostolis ad nos per succedentium relationem vel per scripturas ad nos pervenerunt, licet in *Scripturis Sacris* non inveniantur inserta, nec ex contentis in scriptura possint inferri. | Tertium genus est eorum quas in fide dignis cronicis seu ystoriis vel relationibus fidelium reperimus. | Quartum est earum que ex veritatibus
 15 primi et secundi generis vel ex earum aliqua cum veritatibus tertii generis possunt concludi manifeste. ‖ Quintum est earum quas Deus preter veritates revelatas apostolis aliis revelavit vel inspiravit, revelat et inspirat, revelabit et inspirabit, que revelatio, ut dicunt, ab universalem Ecclesiam nescitur pertinere.

20 Vel possunt aliter ordinari ut primum genus sit earum veritatum que in *Symbolis fidei* continentur, puta in *Symbolo Apostolorum, Ecclesie et Anastazii*. | Secundum ponatur earum que in *Novo et Veteri Testamento* asseruntur expresse. | Tertium, earum que ex expressis et assertis in *Sacram Scripturam* necessaria consequentia
 25 possunt inferri manifeste. ‖ Quartum est earum quas apostoli a Christo receperunt, nec tamen evangelice inscriptis redegerunt et per consequens in *Scriptura* non habentur expresse, iuxta illud *Iohannis* 20 et 21: *multa quidem et alia fecit Ihesus*, etc., que tamen veritates per apostolos ad fidelem sui temporis de illis fidelibus ad succedentes etc. et
 30 tandem ad nos pervenerunt per succedentium sibi fidelium relationes aut per scripturas vel observationes continuatas. Sub quo genere reponi potest forma verborum sacramentalium eukaristie que facitur ostendi potest formaliter non contineri in *Scriptura*, et tamen est credenda de necessitate salutis esse forma licita* et debita consecrandum, quod
 35 non sequitur ex *Scriptura* manifeste. Deinde poni possunt alia genera veritatum, puta de veritatibus quas dixit Christus per Spiritum Sanctum suis apostolis, discipulis et horum successoribus revelandos. Reliqua

2 sanctiones] sanxiones P1 18 inspirabit] inspiravit a. c. P1 24 et assertis] sup. lin. P1 29 temporis] et ca. scr. sed del. P1 33 contineri] p. c. P1 scriptura] ob scr. sed del. P1 35 poni] sup. lin. P1

genera patent ex dictis.

|| Ex hiis patet primam propositionem predicti MARCILII fore falsam, qua dicebat “Solam Scripturam sacram, et ad ipsam per necessitatem sequentia atque ipsius interpretationem ex communi consilio fidelium factam vera esse, ad eternam beatitudinem consequendam necesse est credere, si alicui debite proponatur.”

Nam multe alie sunt ponende a fidelibus credende de necessitate salutis, ut pretactum est, puta dicte apostolis a Christo et non scripte ab evangelistis vel post ascensionem per Spiritum Sanctum revelate apostolis que veritatem tam prime quam secunde ad nos ab apostolis per intermedios multos successores apostolorum et predecessores pervenire potuerunt revelaret, puta sanctis doctoribus, summis Pontificibus, puta beato GREGORIO et possunt modo et poterunt per Dei gratiam in futurum que nulli dubium fuerunt, sunt et erunt credenda de necessitate salutis. Et non magno periculo se exponunt* non credentem nisi expresse contentis in *Scriptura* aut ex illis necessario sequentibus, scilicet exponunt se discredencie revelationis a Deo inspiratorum, a Spiritu Sancto, apostolis et aliis dictorum, etiam a Christo apostolis que non fuerunt scripta in libro et tamen ad nos pervenire potuerunt, quinymo verisimile est multa de illis ad nos pervenisse, ut est primatus Romani Pontificis, forma verborum consecrationis, etc.

|| Decimum folium

P1 289r

Forma autem horum in *Canone Misse* est hec: “hoc est enim corpus meum, hic est enim calix sanguinis mei novi et eterni testamenti, misterium fidei qui pro vobis”, etc. que forma precise non habetur *I Corinthiorum* 11, ubi Apostolus loquitur de hoc sacramento inicians sic: *ego enim accepi a Domino quod et tradidi vobis*, etc., nec *Matthei* 26, nec *Marci* 14, nec *Luce* 22, in quibus passibus isti tres evangeliste locuntur de institutione huius sacramenti a Christo, nec tamen ponunt totaliter et precise verba predicta quibus pro sacramentalibus utitur Ecclesia, et per consequens Ecclesia credit ea esse verba sacramentalia dicenda a sacerdote, et sic credit aliquid non expressum in *Sacra Scriptura*, nec sequens necessario ex expressis in ea, credendum que est predictam formam a Christo apostolis traditam et ab ipsis ad nos devenisse vel pervenisse, ut notat supra INNOCENTIUS III, ut patet in

5 vera] veras a. c. P1 6 credere] de necessitate scr. sed del. P1 si] del. P1 22 decimum folium] in marg. sup. P1 23 forma] consideratis translationibus etc. add. in marg. sup. P1 28 22] ub. scr. sed del. P1

propositione tertia supraposita.

5 ¶ Ymo ulterius contra predictam propositionem predicti auctoris, “Solam sacram Scripturam seu canonicam”, etc., nam realis existentia corporis et sanguinis Christi sub speciebus panis et vini est a cunctis
 10 catholicis credenda de necessitate salutis, ymo non solum implicite, sed explicite a provectis propter unum et perceptionem huius sacramenti eis necessariam ad salutem que ad salutem non proficit sine fide, cum quilibet *recipiens indigne, sibi iudicium manducat*, etc. Talis autem realis existentia corporis et sanguinis, etc., non ita expresse habetur
 15 in *Scriptura*, nec sic sequitur ex expressis in ea quin consequentia apparenter valeat declinari, ut etiam habetur in alico *Simbolorum*, nec *Apostolorum*, nec *Ecclesie*, nec *Athanasii*, licet posset reduci ad sanctorum communionem* iuxta illud *Actus 2: erant perseverantes in doctrina Apostolorum et communicatione fractionis panis et orationibus*.
 Sed hic non est clare sensus litteralis, vel ad illum articulum “in unam sanctam Ecclesiam”, quia Ecclesia Universalis sic tenet, sed hic modus est nimis generalis et implicitus, nec est esse articulum fidei aut sequi ex articulo necessario, etc.

20 ¶ Quod autem predicta veritas nec contineatur expresse in *Sacra Scriptura*, nec ex contentis sequatur consequentia sic necessaria et evidenti quin possit apparenter declinari, huius consequentia probatur sic:

Primo, quia nec sequitur necessaria consequentia et evidenti ex verbis Christi, *Matthei 26, Marci 14, Luce 22, I Corinthiorum 11: hoc*
 25 *est corpus meum, hic est sanguis meus*. Non enim sequitur evidenter ad veritatem verborum vel ad concessionem illorum verborum, igitur in sacramento altaris nunc existunt realiter corpus et sanguis Christi sub speciebus panis et vini. Aliter etiam potest declinari consequentia dicendo verba Christi esse dicta figurative: *hoc est corpus meum, hic*
 30 *est sanguis meus* modo quo ipse Salvator dicit: *ego sum vitis vera, estis palmites*. Unde AUGUSTINUS in *Omelia*: “quid ergo est: *ego sum vitis vera*. Numquid addens ‘vera’, hoc ad eandem vitem retulit, unde ista similitudo translata est?”, ‘non’ supple. “Sic enim dicitur per similitudinem, non per proprietatem; quemadmodum dicitur ovis,
 35 agnus, leo, petra, lapis angularis et cetera huiusmodi que magis ipsa sunt ⟨vera⟩, ex quibus dicuntur similitudines, non proprietates.” Et sic per similitudinem videntur panis Christi corpus et vinum sanguis, quia, sicut

2 ymo] alia ratio add. in marg. P1 predictam] sup. lin. P1 9 etc.] sup. lin. P1 18 etc.] * scr. sed eras. P1 24 luce] 26 scr. sed del. P1
 30 dicit] sup. lin. P1 36 dicuntur] ducuntur apud fontem P1 sic] sup. lin. P1 37 et] sang. scr. sed del. P1

panis cor hominis confirmat et vinum letificat, ita fides firma et certa quod Christus unum corpus et unum sanguinem habuit; corpus siquidem credendum et sanguinem per effundendum pro nobis cor confirmat et letificat viatorum.

5 Item, nec talis realis existentia corporis et sanguinis Christi sub speciebus panis et vini sequitur ex verbis IOHANNI evangeliste, *Iohanni* 6: *caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus*. Nam in eodem capitulo ante predicta verba habentur alia Christi verba: *ego sum panis vivus, qui de celo descendi*, que non sunt realiter intelligenda
10 vel materialiter, sicut nec illa: *si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in eternum*, que intelligenda sunt de manducatione per veram fidem in Christum, sicut idem Salvator alibi dicit: *qui vivit et credit in me, non morietur in eternum*.

|| Ulterius premissa possunt confirmari ex dictis a Christo in illo
15 capitulo *Iohanni* 6, ex eo quod, cum Christus dixisset: *panis que ego dabo, caro mea est pro mundi vita*, et litigarent Iudei dicentes ad invicem *quomodo potest hic nobis carnem suam ad manducandum?* Et Christus replicasset: *nisi manducaveritis carnem Filii hominis et bibetis etc. non habebitis vitam in vobis. Qui manducat manet carnem*, etc. Et multi
20 ex discipulis intelligentes verba Christi materialiter dixissent: *durus est sermo iste et quis poterit eum audire?* Dixit eis Christus: *Spiritus est qui vivificat; caro non prodest quidquam; verba que ego loquor vobis, spiritus et vita sunt*, id est intelligenda spiritualiter de manducatione per fidem. Unde subdit: *sed sunt quidam ex nobis qui non credunt*, de
25 quibus infra dicitur quod *abierunt retro*. Per defectum fidei Christus vero reliquit: *numquid et vos vultis abire retro?* Petrus autem respondit: *Domine, ad quem ibimus? Verba vite eterne habes; et nos credimus et cognovimus, quia tu es Christus Filius Dei*. Omnia premissa notant Christum fuisse locutum de manducatione spirituali per fidem veram de
30 Christo habendarum sine qua nullus potest habere vitam in semetipso. Et sic ex huius verbis non sequitur realis seu materialis existentia corporis et sanguinis Christi sub speciebus panis et vini in sacramento altaris, que tamen credenda de necessitate salutis.

Confirmari potest hoc ex dictis AUGUSTINI per illos verbis *caro*
35 *mea vere est cibus, et sanguinis*, etc. *qui manducat manet carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in illo*. Super hiis inquit AUGUSTINUS sic: “denique iam exponit quomodo id fiat quod loquitur et

P1 289v

1 et vinum letificat] in marg. P1

14 premissa] verba scr. sed del. P1

20 dixissent] sup. lin. P1

P1

3 credendum] per scr. sed del. P1

18 et bibetis etc.] sup. lin. P1

21 christus] sup. lin. P1

22 vobis] nobis a. c.

quid sit manducare corpus et sanguinem bibere et *qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in illo*. Hoc est ergo illam escam manducare et illum bibere potum, in Christo manere et illum manentem in se habere”, scilicet per fidem formatam caritate.

- 5 Hec pro tanto tacta sunt extra propositionem aliquam ad ostendendum multas esse veritates credendas de necessitate salutis que nec expresse continentur in *Sacra Scriptura*, nec secuntur seu inferri possunt consequentia necessaria et evidenti ex contentis in eadem que veritates dicte fuerunt a Christo apostolis, nec tamen scripte
10 ab evangelistis, vel non a Christo dicte seu docte apostolis, sed per Spiritum Sanctum post revelate apostolis et ab apostolis per eorum successores et modum predecessores multipliciter sibi succedentes ad nos pervenerunt, de quibus veritatibus potest poni primatus Romani Pontificis seu Romanum Pontificem esse aliorum primatem, contra quam
15 veritatem adversarius ponit specialiter suam predictam propositionem: “Solam Scripturam divinam seu canonicam, et ad ipsam per necessitatem sequentia atque ipsius interpretationem”, etc.

- ¶ Quinimo ut videtur, sunt aliquae veritates credende de necessitate salutis et posite in Symbolis fidei materie* que non exprimatur in
20 *Scriptura* vel non secuntur necessaria consequentia saltem sic evidenti quin possit apparenter declinari vel cavillari. Nam Christi veram dictantem et esse et fuisse unum Dei naturalem filium aliqui heretici negaverunt dicentem tamen se tenere totum *Novum Testamentum* ratio.

- ¶ Nonnulli etiam negaverunt ipsum Christum habuisse veram humanitatem, ut potuerit dici vere, sed solum habitum inventus ut homo et habuisse humanitatem pro ind* solum et sic de similibus, sicut aliqui ¶ heretici dixerunt in Christo non fuisse veram animam humanam eius corpus vivificantem, sed solam dictantem loco ¶ anime habuisse.
30 Iudei quoque dicunt non sequi ex *Veteri Testamento* Christum fuisse Christum Messiam ¶ in Lege promissum. Greci etiam dicunt in divinis non sequi ex *Novo Testamento* Spiritum Sanctum procedere a Filio et respondent apparenter ad rationes Latinorum sumptas ex *Novo Testamento* ¶ Trinitas quoque personarum in divinis et unitatis
35 essentie, de quibus habetur in *Symbolis Ecclesie* et *Extra, De summa Trinitate et fide catholica*, ex Consilio generali, non ita expresse continentur in *Scriptura* vel inferri potest evidenter ex eadem quin

6 salutis] p. c. P1 9 veritates] fors. scr. sed del. P1 21 possit] ca.
scr. sed del. P1 23 negaverunt] * scr. sed eras. et del. P1 28 humanam]
sup. lin. P1

apostoli vel docti a Christi extra *Evangelium* vel a Spiritu Sancto post ascensionem Christi expressissima docuerint huius misterium Trinitatis. Unde in *Legenda beati Andree* dicitur || in principio: “passionem sancti Andree apostoli, quam oculis nostris vidimus, omnes presbiteri et dyacones ecclesiarum Archaie scribimus universis ecclesiis quod sunt in Oriente et Occidente et Meridiano et Septentrione in Christi nomine constitute, pax vobis et universis qui credunt in unum Deum et in Trinitate personarum, unum Patrem ingenitum, unum Filium unigenitum, unum Spiritum Sanctum procedentem ex Patre et in filio permanentem, ut ostendatur unus Spiritus Sanctus esse in Patre et Filio et hoc esse unigenitum Filium quod et ille qui genuit hanc fidem didiscimus a sancto Andrea Domini nostri Ihesu Christi apostolo”, etc. Tamen habebant *Evangelia*, etc.

|| Undecimum folium

P1 290r

Veritas tamen prelibater* de Trinitate personarum et unitate essentie in divinis sufficienter inferri potest ex *Scripturis* catholice et pie intellectis a multis catholicis illata est huiusmodi veritas sanctis et doctoribus Ecclesie puta ab AUGUSTINO maxime quamvis multi heretici hanc veritatem negent sequi ex *Scriptura sacra*. Simili est dicendum de primatu Romane Ecclesie ac Romani Pontificis, videlicet quod Romanus Pontifex hanc primatum super omnis pontifices catholicos et Ecclesia Romana super alias ecclesias sufficienter potest deduci ex *Scriptura sacra* et quibusdam veris que in facto consistunt et que rationabiliter negari non possunt. Et ideo huius veritas ponenda de veritatibus catholicos de necessitate salutis credendis quarti modi ponendo quinque modos iuxta modum ponendi aliquorum. Nec tamen negari debet quin possit esse de veritatibus aliorum modorum, puta de revelatis seu dictis vel doctis apostolis a Christo que non sunt scripta in libro hoc, scilicet in *Evangelio*, aut de veritatibus revelatis apostolis aut aliis fidelibus per Spiritum Sanctum iuxta promissum Christi, *Iohanni* 16.

Possunt autem veritates pretacte vel modi veritatum pretacti sic finaliter ordinari ut primus modus veritatum credendarum de necessitate salutis sit earum que in Symbolis tamquam articuli fidei continentur. ||

1 docti] earum *scr. sed del. P1* 6 et³] 7 *scr. sed del. P1* 14 undecimum folium] *in marg. sup. P1* 15 veritas] ●: finaliter restabit respondere ad motiva partis adverse ad alica dicta Augustini *add. in marg. sup. sed del. P1* 24 veritas] credendis tenendis opinandum assentiendum *add. in marg. P1* 26 debet] *p. c. sup. lin. P1*; potest *a. c. P1* 32 primus] *iter. in marg. P1* credendarum] sit *e. scr. sed del. P1* 33 tamquam] habetur *scr. sed del. P1*

Secundus modus huiusmodi veritatum sit omnem veritatum que in *Sacra Scriptura*, scilicet *Novo et Veteri Testamento*, continentur expresse et in eadem asseruntur sive sint veritatem ystorice sive prophetice sive morales seu cuiuscumque alterius modi fuerunt huius veritatem. ||

Tertius modus potest poni earum veritatum que ex continentis in *Sacra Scriptura* possunt inferri consequentia necessaria et, addunt aliqui, omni tempore necessitatis habente, et potest etiam addi evidenti apud omnes bene dispositos. ||

Quartus modus potest poni earum veritatum quas apostoli a Christo receperunt, nec tamen evangelice hoc inscriptis redegerunt iuxta illud *Iohanni* 20 et 21: *multa quidem et alia fecit Ihesus que non sunt inscripta*, etc., que tamen veritates ad nos ab apostolis per succedentium relationum aut scripturarum ad nos pervenire potuerunt, quinymo pervenerunt sicut supratactum est de fide vel articulo Trinitatis qui a beato Andree per sacerdotes et dyacones Achaye expresse ad nos pervenit inscriptis, scilicet in *Legenda beati Andree*. ||

Quintus modus veritatum credendarum vel saltem tenendarum et asserendarum de necessitate salutis est earum que nec in *Scriptura* asseruntur expresse, nec secuntur ex contentis in *Scriptura*, nec a Christo in carne mortali vivente, nec etiam immortalis post resurrectionem et ante ascensionem has acceperunt apostoli, sed a Spiritu Sancto post ascensionem iuxta promissum Christi, *Iohanni* 16: *ille docebit vos omnem veritatem* que ad nos modo pretacto pervenire potuerunt. ||

Sextus modus huiusmodi veritatum potest poni earum quas Deus preter revelatas apostolis quibusdam aliis revelavit vel inspiravit, revelat vel inspirat, revelabit vel inspiravit iuxta illud *Matthei* ultimo: *ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi*. Et ista revelatio vel inspiratio secundum sic tenentes ad Universam Ecclesiam noscatur pertinere: *probate Spiritus si ex Deo sunt*. ||

Septimus modus huius veritatum credendarum de necessitate salutis potest poni eorum que ex revelatis a Spiritu Sancto apostolis vel aliis eorum successoribus possunt evidenter inferri. Patet quia per iter de hiis sentientium est sicut de sequentibus ex contentis in *Scriptura*, quia pari fundamento innituntur, scilicet divine revelationi, scilicet

1 secundus] *iter. in marg. P1* 4 seu] *q. scr. sed del. P1* 6 tertius] *iter. in marg. P1* 10 quartus] *iter. in marg. P1* 12 iohanni] *ultimo scr. sed del. P1* 15 est] *sup. lin. P1* 18 quintus] *iter. in marg. P1* 25 potuerunt] *in marg. P1* 31 pertinere] *tempi. scr. sed del. P1* 32 septimus] *iter. in marg. P1*

rationi sumenti* pro maiori talem propositionem vel equivalentem: ‘omne revelatum a Deo est tenendum*’, etc.

Octavus modus huius veritatum tenendarum de necessitate potest poni earum que ponuntur in fide dignis cronicis seu ystoriis vel relationibus fidelium, de quibus AUGUSTINUS inquit ut supra: “absit ut nos scire negemus, quod aliorum testimonio” — supple fide — “digno didiscimus” Qui enim omnia talia negaret vel in dubium revocaret non in merito protervus et factivus censeretur. De numero harum veritatum potest poni predicatio et martirium Petri in Roma, quamvis aliquantulum ex *Evangelio* roboretur. Nam tale martirium fertur sustinuisse in Roma in cronicis quale Christus sibi predixit, *Ioanni* 10: Petre, cum esses iunior, cingebat et ibat quo volebat; cum autem senueris, alius cinget et ducet te quo non vis. Hoc autem dicebat — inquit evangelista — significans, etc.

Nonus modus potest poni earum veritatum que secuntur ex veritatibus primi, secundi, tertii modorum.

Et ergo modi statim premissi que tenende tanta certitudine quanta veritatem, igitur modi cum nono ut tactum sequatur debiliorem partem seu premissam, et talis potest poni ista veritas quod Petrus fuerit Romanus Pontifex et talis obiit et de hoc et de Paulo alibi tangetur.

¶ Et quia nescio si recordabor, tunc ideo ad presens volo hic de hoc aliud dicere verba dicta Petro, *Iohanni* 10, de sua predicatione et martirio in Roma collando dicta sunt supra: *pasce*, Petre, etc. De Paulo vero *Actus* 9 sic scribitur.

¶ *Actus* igitur 9 sic scribitur: *vas electionis erit michi iste, ut portet nomen meum coram gentibus et regibus* — scilicet finaliter Rome sequitur predictum implicate martirium — *ego ostendam illi quanta oporteat illum pro nomine meo pati*, que nulli dubium non fuerunt plene ostensa sibi usque ad martirium quod collanti Rome, ut dicunt ystorie et scripture autentice que a nullo rationabiliter possunt negari, que sunt de octavo modo veritatum predictarum. De martirio vero Petri predicto dictum est: Petre, cum esses iunior, etc. De predicatione vero Petri futura in Roma potest intelligi illud *pasce oves meas*, quamvis

P1 290v

2 tenendum* etc.] in marg. P1 etc.] sup. lin. P1 3 octavus] iter. in marg. P1 6 nos] etc. scr. sed del. P1 12 cingebat] cingebas apud fontem P1 ibat] ibis apud fontem P1 volebat] volebas apud fontem P1 18 veritatem] cum scr. sed del. P1 20 tangetur] verba ponendum* predicationes a Christo de horum martiris et predicationibus fiendum rationes* rationes* add. in marg. inf. sed del. P1 21 tunc] sup. lin. P1 24 scribitur] Actus ultimo verba non obmitte scr. sed del. P1

ibi comissa cura *** fidelium f**a et pastoratus tamen specialiter gentilium, singulariter Romanorum qui cunctis gentibus precerant et de quibus Christus specialiter intendebat cum dixit: *alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili* — scilicet ex filiis Israel — *oportet me illas adducere* — scilicet apostolorum Petri, Pauli predicationes et martiria —
 5 *et fiet unum ovile et unus pastor* — scilicet Romanus Episcopus, Petri successor, Christi vicarius principalis. Sed de hac martiria inferius latius disseretur. Sed ex hiis pro nunc sufficiat elicere quod predicationes apostolorum Petri, Pauli et martiria Rome facte et collata a nullo
 10 rationabiliter possunt negari quamvis predicatio Pauli ibidem clare in *Sacra Scriptura* contineatur, scilicet in fine *Actuum* et non Petri.

Hac igitur materia pro nunc obmissa, redditur ad modos veritatum catholicorum et posset poni modus decimus, modus scilicet veritatum que in determinationibus Ecclesie continentur que nulli dubium sunt
 15 credende de necessitate salutis. Talem enim determinationes ab eodem Spiritu procedunt a quo *Sacra Scriptura*. Unde *Matthei* ultimo: *ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi*, ubi RABANUS notat quod fidelibus ad conservationem fidei usque ad consummationem seculi Spiritum Sanctum specialiter adesse pie tenendum est. Unde talem
 20 veritatem inter veritates revelatas per Spiritum Sanctum Ecclesie possent reponi et hoc satis notatur in illo consilio generali de quo habetur *Actus* 15, ubi in diffinitiva sententia ponitur: *visum est Spiritui Sancto et nobis*, scilicet per eunde Spiritum. Cum igitur consilium generale representet congregationem illorum, scilicet apostolorum et seniorum religiosorum
 25 fidelium, verisimile Spiritum Sanctum specialiter ad esse consilio generali, ut in diffinitiva consilii possint dicere fidelem sic congregati: *visum est Spiritum Sancto et nobis*. Et istam conclusionem tenet pars adversa contra quem arguitur ex allis modum veritatum pretactis. Ex illis enim modum veritatum credendarum de necessitate salutis sequitur: non
 30 solam scripturam divinam seu canonicam vel ad ipsam per necessitatem sequentia aut eius interpretationem facta de communi consilio fidelium factam veras esse ad eternam beatitudinem consequendam necesse est credere. Multe enim alie veritates sunt credende de necessitate salutis, ut satis deductum est supra, nec in hoc est amplius immorandum.

35 Aliqui tamen dicunt quod de veritatibus determinatis ab Ecclesia aut determinandum non oportet facere nonum modum veritatum catholicarum credendarum de necessitate salutis, quia Ecclesia rite et vite procedens in huiusmodi determinationibus non determinat alicam veritatem nisi in alica veritate vel aliquibus veritatibus aliorum

1 f**a] *sup. lin. P1* 19 adesse] *pa. scr. sed del. P1*

predictorum modorum valeat se fundare, scilicet vel in *Sacra Scriptura*,
 vel in auctoritatibus apostolorum, vel Spiritus Sancti revelationibus
 aut inspirationibus fidelium indubitabilibus, vel in hiis que secuntur
 ex predictis seu ex aliquo precedentis. Ideo veritates determinate per
 5 Ecclesiam ad aliquem predictorum modorum reducitur. || Ex qui inferruit
 sic dicentem, quod non est in potestate Ecclesie veritatem alicam ad
 placitum approbare vel falsitatem aliquam ad placitum reprobare nisi in
 alico predictorum modorum veritatum se valeat fundare, puta in *Sacra*
 expressis vel sequentibus inde necessaria consequentia, vel dictis et gestis
 10 Christi et non positis in *Scriptura* vel in revelatus post fidelibus per
 Spiritum Sanctum regentem Ecclesiam et dirigentem fidelem in dubus et
 degentem iuxta promissum Christi fidelem *omnem veritatem* — supple
 necessitatem — ad salutem, ut patet *Iohanni* 16.

⟨Contra secundam propositionem⟩

15 || Duodecimum folium

P1 291r

Ex hiis posset descendi ad suam secundam propositionem qua
 dicitur sic: “Legis divine dubias diffinire sententias in hiis presertim
 que Christiane fidei dicuntur articuli et reliquis credendis de necessitate
 salutis solum generale consilium fidelium aut illius valentiorum partem
 20 vel multitudinem determinare debere, nullumque aliud collegium parziale
 aut singularem personam cuiuscumque conditionis existat iam dicte
 determinationis auctoritatem habere.”

Patet ex predictis propositionum non continere veritatem, quia non
 est in potestate Ecclesie aliquam veritatem ad placitum approbare
 25 nisi in alico modorum predictorum veritatum valeat se fundare, et per
 consequens, ut supra tangebatur, Ecclesia non potest facere novam
 catholicam veritatem seu novum scilicet fidei articulum, sed bene potest
 declarare ex *Scriptura* vel alico aliorum modorum pretactorum
 aliquam veritatem esse et fuisse catholica, et per consequens, si aliquod
 30 aliud collegium Romanum aliorum collegiorum supremum pars que
 capitalis consilii generalis et totius Ecclesie ratione capitis sui, ut alibi

5 ad] aliquid pre. *scr. sed del. P1*

15 duodecimum folium] *in marg. sup. P1*

Deum divinum legislatorem et eius auctoritate principantem, etc. *add. in marg. sup.*

P1 30 collegium] puta *scr. sed del. P1*

6 ad] plurimum *scr. sed del. P1*

16 ex] exalta contra adversarium

tangetur, si fundetur se in aliquo illorum modorum veritatum equaliter, sicut consilium generale erit eidem credendum de necessitate salutis et habebit sua determinatio roboris firmitatem et falsa propositio predicti adversarii prelibati “legis divine dubias diffinire sententias”, etc.

5 Item, ex ipsamet propositione arguitur contra adversarium: nam ponit disiunctivam ad tali forma verborum: solum generale consilium, etc. aut eius valentiolem partem, etc. Certum est autem Collegium Romanum, cum sit supremum omnem aliorum aut aliarum ecclesiarum esse debere partem valentiolem huius consilii et per consequens debere
10 preteritis credi in casu distinctionis opinionum.

Item, ex ratione sua fundata in dictis Christi, *Matthei* ultimo: *ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi*, cum solis apostolis et discipulis seu promulgatoribus et legis doctoribus loqueretur, unde ante evangelice: *ergo docete omnes gentes, baptizates*, etc. *docentes eos*
15 *servare omnia que ego mandavi vobis et ego* etc. Sequitur quod ad solum tales pertinet dubias legis sententias diffinire, nec est necesse inter esse seniores, propter sicut fuerunt in co~ illo de quo *Actus* 15.

Item, nec sequitur sic est actum, tunc ergo sic necesse est fieri, nec *Scriptura sacra* hoc ponit fiendum necessario pro regula, sic nec Pape
20 seu summi Pontificem quecumque fecerunt pro regula fienda statuerunt.

Item, sicut salvator dixit: *ego vobiscum sum*, etc., ita dixit *ubicumque fuerunt duo vel tres in nomine meo, in medio illorum sum*, que pariter videntur intelligenda sicut illa: *ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi*, et sicut super isto verba notat RABANUS,
25 ut allegat iste auctor, fidelibus “ad conservationem fidei usque ad consummationem Spiritui specialiter adesse pie tenendum”, quod iste auctor applicat ad solum consilium generale et eius diffinitiones et determinationes ita illa verba ab eodem Salvatore dicta: *ubicumque duo vel tres congregati in nomine meo, in medio illorum sum*, pariter
30 notare possunt non solum consilio seu toti Ecclesia Spiritum Sanctum ad conservationem fidei specialiter ad esse pie tenendum ymo numero multi congregationi fidelium in nomine Christi congregare pie tenendum est Spiritum Sanctum ad conservationem fidei specialiter ad esse, iuxta verba Christi que sunt tenenda de necessitate salutis, ut predictus adversarius
35 nec negat, nec negare potest. Ex quo ulterius potest inferri potest iuxta

6 ad] p. c. P1 7 collegium] sup. lin. P1 9 huius consilii] sup. lin. P1
10 in casu] sup. lin. P1 14 baptizates] baptizates P1 17 de] del. P1
20 quecumque] (signum) add. in marg. P1 25 auctor] quod scr. sed del. P1
31 numero] sup. lin. P1 34 necessitate] ubicumque etc. add. in marg. P1
35 potest³] quod scr. sed del. P1

dicta Christi addito uno vero quod negari non potest, videlicet quod
suprema congregatio fidelium sit Romanum Collegium, licet non maior
quantitative pie tenendum est Spiritum Sanctum unquam sibi deesse
ad consummationem fidei invocato Christi nomine et gratia Spiritui
5 Sancto implorata per ipsum et per consequens ad minus collegium
consilio generali poterit diffinitio dubiorum legis divine pertinere et sic
propositio adversarii restat falsa.

¶ Quod autem Romanum vel supremum Collegium quinyimo ad eius
caput, supremum Pontificem de consilio etc. pertineat huius diffinitio
10 dubiorum fidei sive legis divine potest probari auctoritatibus iuris *Sacre
Scripture* non dissonis, sed consonis ac etiam rationi. Unde adducunt
aliqui auctoritatem INNOCENTII III Pape, 24, questione 1, capitulo
“Quotiens...”, ubi dicit sic: “quotiens ratio fidei ventilatur, arbitror non
ad omnes fratres et coepiscopos nostros nisi ad Petrum, id est sui
15 nominis et honoris” — scilicet successorum — “auctoritatem referri
debere.” Cui consonat vel potius quod dictum INNOCENTII consonare
videtur ymo consonat dicto Christi, *Luce* 22 loquentis Petro et dicens
sibi: *ego rogavi Petre ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus,
confirma fratres tuos*. Super quo verba INNOCENTII suprainducto dicit
20 *Gloza* quod “aliud est questionem motam de fide terminare quod nulli
preterquam Romane sedi permittitur sicut hic dicitur aliud est ipsam
sine diffinitione ventilare quod patriarche et primate facere possunt.”
Ex quibus verbis clare patet propositionem adversarii fore falsam: “legis
divine”, etc.

¶ Dicere quod nullas veritates Christus docuit extra *Evangelium*
apostolos, nec Spiritus Sanctus post ascensionem apostolos et post
apostolos reliquos succedentes fideles docuit non videtur sanum.

P1 291v

¶ Et si obiciatur illud *Extra, De hereticis*, “Ad abolendam...”,
capitulum “Adhuc de episcopali...”, ubi videtur innui* quod illi sunt vitandi
30 tamquam heretici quos episcopi vitandos duxerint vel dixerint debet
hoc esse verum quando talem quid dicunt, scilicet talem heretici, de quo
certum est quod est heresis. *Gloza* vero predicta loquitur ubi est dubium
an sit heresis cui concordare videtur *Gloza*, 80 distinctione, capitulo 2,
que super verbo ‘fide’ ait: “sed expone hic in fide, id est fideliter, ut possit

8 collegium] *iter. sed del. P1* 9 de consilio etc.] *sup. lin. P1* 14 fratres]
nostros *scr. sed del. P1* 17 petro] petrio *P1* 18 petre] pro te *apud*
fontem P1 19 suprainducto] *sup. lin. P1* 25–27 dicere — sanum] *del. P1*
28 et] ¶ et, si dicatur que sunt ille omnis consone prioribus, pro securiori tales sunt
habende, ut videtur *add. in marg. P1* 29 adhuc] ad hec *apud fontem P1*

agitare causam fidei, sed non procedere ad sententiam, vel distingue qui sunt qui dubitant. Nam si layci, videtur quod episcopi possint determinare, *Extra, De hereticis*, «Ad abolendam...», si clerici, Papa; *Extra*, eodem titulus, «Cum Christus...» Et sic patet ad summum
 5 pontificem talis diffinitio pertinere veritati*, specialiter quando litterati dubitant et contrarie opinantur, quod satis notat INNOCENTIUS, *Extra, De baptismo*, et eius capitulo “Maiores...” ait enim: “maiores ecclesie causas, presertim articulos fidem contingentes, ad Petri sedem referendas intelligant qui querenti Domino, quem discipuli dicerent ipsum esse,
 10 respondisse notatur: *tu es Christus, Filius Dei vivi.*”

De qua fidei Petri confessione MAXIMUS in *Sermone de apostolis* inquit: “hic itaque est ille Petrus, qui confitendo Dominum Filium vivi Dei esse, validissima invictaque credendi fundamenta constituit. Nam percunctanti Domino quis esse ab hominibus diceretur respondit:
 15 *tu es Christus, Filius Dei vivi*; id est: tu Domine de carne virginis factus es Christus, qui vivi Dei sempiternus es Filius; tu Domine ab hominibus natus es homo, qui incogitabili maiestate Deus es apud Deum; tu es Christus, qui pro redemptione nostra ad passionem veniens impassibilis permanes apud Patrem. Quis igitur unquam in tantum
 20 hoc incomprehensibile Deitatis arcanum sensum attollere potuisset obtutum, nisi ab ore Petri salutaris huius fidei veritas radiasset? Quis meritorum eius gloriam, quamvis magno equiparare posset eloquio, a quo nobis adorande divinitatis fides et cepit et permanet?” Predicante Christo huius fidei permanenciam Petro non solum pro se, sed pro suis
 25 successoribus, *ego oravi pro te, Petre, ut non deficiat tua*, qui scilicet Christus sic orans nulli dubium *exauditus est pro sua reverentia* de fide Petri et cunctorum fidelium permanentia.

Quod dictum Christi *ego oravi pro te, Petre* etc. videtur clarius funda(men)tum fidei et veritatis totius *Sacre Scripture* quam illud
 30 quod adversarius sumit pro fundamento sue prime propositionis tertie dictionis, scilicet “solam Sacram Scripturam” etc. quod ponitur et dicitur a Christo apostolis et discipulis omnibus communiter, *Matthei* ultimo: *ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi.*

Nam hoc dictum ultimum nonnulli intellexerunt non irrationabiliter
 35 de presentia apud fidelem in sacramento altaris, ubi non solum est

7 baptismo] babtismo P1 14 hominibus] crederetur scr. sed del. P1
 19 permanes] apud fontem P1 ; permanet P1 unquam] apud fontem P1 ;
 inquam P1 20 sensum] del. P1 23 divinitatis] apud fontem P1 ; dicatis
 P1 24 petro] ego oravi scr. sed del. P1 26 nulli dubium] in marg. P1
 est] sup. lin. P1

corpus Christi et sanguis, ymo totus Christus homo perfectus; vel possent intelligi de presentia per divinitatem qua ubique necessario presens est et una cum Patre *solem suum facit oriri super bonos et malos*.

5 Cum igitur verba predicta fuerunt a Christo soli Petro directa, non communiter omnibus apostolis et discipulis, *ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua*, satis notari videtur causas fidei, specialiter et principaliter ad sedem Petri pertinere, quod ex sequentibus verbis MAXIMI etiam probari posset. Nam inquit MAXIMUS de Petro in
10 preallegato sermone: “quis tanto gloriosior viro, qui fidem secreti inscrutabilis loquendo edidit, vivendo docuit, patiando firmavit? Ut autem confessionis huius quanta esset magnitudo Salvator ostenderet, dicit ei: *Beatus es, Symon Bar-Iona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in celis est; et ego dico tibi etc. et tibi dabo*
15 *claves regni celorum*” quodcumque ligaveris etc., Matthei 16, quod catholice intelligendum est, scilicet quod Petro promissae fuerunt hic claves regni celorum, id est plena potestas ordinis ligandi et solvendi, que sibi et aliis apostolis communiter collata fuerit in capitulo Matthei 17: *amen dico vobis, quaecumque ligaveritis super terram etc.*

20 Item, plena potestas regiminis cunctorum fidelium hic sibi promittitur tamquam altera clavis cum potestate ordinis regni celorum, cum dicitur *tibi claves regni celorum*, que sibi datur, Iohannis 20, cum dicitur *pasce oves meas* pro se et suis successoribus ad quam clavem nulli dubium pertinere diffinitiones dubiorum fidei seu legis divine, et
25 sic secunda propositio predicti falsa esse communiter qua dicitur “legis divine dubias sententias” etc.

|| Decimum tertium folium

P1 292r

Item, quia adversarius negaret omnis rationes sumptas ex decretis summorum pontificum in presenti materia, ideo potest aliter argui
30 ratione quod ad Romanum Pontificem, qui summus esse pontifex et Petri presentis apostolorum successor, infra ostenditur. Et non

2 possent] per divinitatem *scr. sed del. P1* 7 notari] si *scr. sed del. P1*
10 quis] quid *apud fontem P1* gloriosior] gloriosius *apud fontem P1* 19 17]
quelibet *scr. sed del. P1* 20 item] substantia *scr. sed del. P1* 26 etc] de
hiis alibi etc. magis *add. in marg. P1* 27 decimum tertium folium] *in marg. sup. P1* 28 item] propter his universalibus de Moyse, Petro, Paulo, Iacobo, Iuda etc. *add. in marg. P1*; tangenda est positio Marcilii fundamentaliter alio modo ad hoc cum corollaris aliis et quod repugnantur tali fundamento in aliis contra se fundavit, etc. scilicet 7 Politice *add. in marg. sup. sed del. P1* 31 successor]
sup. lin. P1

ad solum generale consilium pertineat diffinire legis divine dubias, sententias diffinire. Nam et huius summi pontifices cum suo collegio possunt se fundare similiter similibus fundamentis in diffiniendis huius dubiis, quibus se fundare debet consilium generale vel consilia generalia, 5 puta in *Sacra Scriptura*. Nam taliter fundamento, scilicet *Sacre Scripture*, innitebantur consilia generalia principalia hereses ARRII, MACEDONII, NESTORII, EUTICIS et DYOSCORI condempnando et in condendo *Sinbola*, teste YSIDORO distinctione 14, capitulo 1 ubi dicitur: “sancti Patres in consilio Niceno de omnium orbe terrarum convenientes iuxta fidem catholicam et apostolicam sedem secundum post apostolos 10 Symbolum condiderunt vel tradiderunt”, ita hereses condempnando pro fundamento sacras litteras seu scripturas posuerunt, sicut etiam ALEXANDER III dampnando assertionem quod Christus non est aliud secundum quod homo inmittitur isti veritati a *Sacra Scriptura* recepte 15 et ex eadem sequente ‘Christus est verus Deus et homo’, *Extra, De hereticis*, “Cum Christus...” Et sic pari fundamento quo ad hoc uti potest Romanus seu summus Pontifex quali utitur tota Ecclesia vel consilium generale et, per consequens, insit diffiniendo sententias legis divine, sententias dubias est sibi eque credendum, ut consilio generali vel 20 Ecclesie et sic non ad solum generale consilium pertinet huius diffinitio.

Similiter, sicut Ecclesia vel consilium generale potest se fundare vel inmitti doctrine apostolica in scripturis canonicis, non contenta sed relatione sibi succedentium fidelium per scripturas fide dignas ad nos perducta, ita etiam potest Romanus seu summus Pontifex in diffiniendo legis divine sententias dubias tali doctrine inmitti et tali 25 fundamento inmittebatur NICOLAUS Papa qui, ut habetur distinctione 22, capitulo “Omnis...”, patenter diffinit hereticum esse censendum dicere Romanam Ecclesiam non esse caput omnem aliarum ecclesiarum, cum tamen in *Scripturis* divinis hoc non exprimatur, sed hoc Apostoli 30 docuerunt fidelem, que doctrina relatione fidelium sibi succedentium ac per scripturas sanctorum Patrum ad nos pervenit et hoc tactum fuit supra dum de veritatibus catholice et earum modis variis agebatur, ut patet intuentis.

Aliud fundamentum cui potest inmitti Ecclesia seu consilium generale 35 in diffiniendo legis divine sententias esse potest divina revelatio seu inspiratio. Sed similiter potest inmitti Romanus seu Summus Pontifex

6 arrii] Arrii P1 7 euticis] Entitensis P1 dyoscori] Dyascorii P1
 16 christus] et romanus, ut habetur 24 questione, capitulo “Quidam...” plures hereses
 arguit evidenter. Aliud fundamentum *scr. sed del. P1* 19 generali] *iter. P1*
 20 consilium] *sup. lin. P1*

tali revelationi vel inspirationi divine in diffiniendum huius sententiis dubiis legis divine. Si enim alica veritas de hiis que pertinent ad salutem de novo revelaretur Ecclesie, illam posset Summus Pontifex approbare et diffinire tenendam et credendam tamquam catholicam et posset dampnare contrariam tamquam hereticam.

Sed hic queri potest quid esset dicendum si Summus Pontifex vel generale consilium dictant alicam veritatem sibi fuisse revelatam non quid alii fidelem tenerentur credere de necessitate salutis. Dicunt quidam quod absque miraculo non est credendum eis de necessitate salutis. Non enim sufficit nude asserere quod eis sit talis veritas revelata, sed oportet talem assertionem confirmare ad hoc quod sit illi credendum de necessitate salutis, et hoc satis notat satis Salvator noster cum inquit *Iohannes: si non venissem vel opera non fecissem que nemo alius fecit, peccatum non haberent; nunc autem quia veni et opera feci que nemo alius fecit, excusationem non haberent de peccato suo*, scilicet de peccato infidelitatis et incredulitatis doctrine Christi, in cuius doctrine veritatis attestationem Christus talia miracula fecit, ut *Scriptura* evangelica satis notat.

Sed potest instari quod non sufficiat operatio miraculi in attestationem alicuius assertionis ad hoc ut omnis fideles teneantur credere salutis cum per malos et infideles sepe fiant miracula. Unde *Matthei 7* dicit Christus: *multi venient in illa die dicentes: Domine, Domine, non quid in nomine tuo demonia eiecimus*, etc. et sequitur: *confitebor, quia non novi eos discente*, etc. Cui concordat *Gloza, Extra, De hereticis*, capitulo “Cum ex iniuncto...” dicens quod “quandoque miracula fiant per malos”. Numquam tamen unum miraculum sic in attestationem falsitatis asserere per malos, sed quandoque mali predicant veritatem in cuius attestationem fiunt miracula darent exemplum aliqui de Iuda qui verisimiliter quandoque predicavit veritatem et fecit miracula.

¶ Querunt etiam circa aliqui quid esset dicendum si tali assertioni tota Ecclesia seu omnes fideles assentirent et respondent et bene quod talis assertio seu veritas sic asserta esset tamquam catholica veritas reputanda. Concors enim fidelium, adhesio alicui assertioni etc. sine miraculo quin assentio huiusmodi sit vera cum omnis fideles firmissime

P1 292v

6 potest] *sup. lin. P1* 9 est] *sic scr. sed del. P1* 14 quia] *opera scr. sed del. P1* 31 querunt] Scotus: quod omnis fideles credant alicui assertioni non evidentem nec evidentis ex Scriptura sequenti, hoc ipsum videtur miraculum *add. in marg. sup. P1* credant^{ad} querunt] *sup. lin. P1* evidentem^{ad} querunt] *evidente a. c. P1* 34 etc] *sup. lin. P1*

teneant quod Ecclesia universalis numquam errabit iuxta illud *Matthei* ultimo: *ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi*. Et clarius hoc patet, ut tactum est supra, ex alio dicto Christi ad Petrum: *ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua*, id est fides Ecclesie cuius tu eris caput. Que tamen fides Ecclesie non solum in Petro, ymo in omnibus apostolis defecit tempore passionis dicente Christo eis: *omnes vos scandalum patiemini in me hac nocte*, scilicet scandalum infidelitatis et incredulitatis de Christi ditate sunt satis confiterentur duo discipuli euntes in Emaus Christo et de Christo dicentem: *et nos sperabamus quia ipse erat redempturus Israel*, set supple: nunc non speramus et multa alia in illo *Evangelio Luce* qui erat ex duobus illis ponuntur in illo *Evangelio* que significant incredulitatis apostolos et discipulos incurrisse generaliter tempore passionis. Et quod Petrus futurus caput Ecclesie incurrerit incredulitatis non coniunciter sed ex sua trina negatione evidentis, quia timore potest quis negare voce et tamen credere corde. Sed incredulitas Petri sequitur ex verbis Christi post verba preallegata: *ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat tua*. Sequitur enim: *et tu aliquando conversus confirma fratres tuos*, scilicet qui simul incredulitatem incurrerunt. Sed iuxta dicta Christi, licet fides Petri, id est fides Ecclesie, defecerit in Petro et in aliis apostolis et discipulis, non tamen sequitur igitur defecit, quia firmiter tenendum est huius fidem plene in Maria matre Christi plenissime remansisse, de qua dicitur *Luce* 2, quod *Maria conservabat omnia hec conferens in corde suo*, licet enim *ipsius animam gladius* passionis Christi *pertransiret* pietate naturali iuxta dictum Symeonis Iusti ad ipsam, tamen ipsa firmissime credebatur Christum Filium resurrecturum virtute sue ditantis et omnia credenda de Christo et quecumque credenda erant plene credebatur. Aliter oratio Christi non fuisset exaudita: *ego rogavi, Petre, ut non deficiat fidem tua* cum defecit in apostolis et discipulis. Si defecisset in beata Maria, nam in Christo fidem non fuit unquam cum ab initio sue conceptionis, sed animam fuerit perfecte beatus clare videns differentiam et omnia credenda in ipsa divina essentia relucentia, sicut nec in aliis beatis remanet fides iuxta sententiam apostoli *I Corinthiorum* 13: *Cum venerit quod perfectum, evacuabitur quod ex parte est*. Videmus nunc

5 que] fides *scr. sed del. P1* 6 passionis] nec propositioni *scr. sed del. P1*
8 incredulitatis] incrudelitatis *P1* 13 incurrisse] incurrisse *P1* 14 ecclesie]
sup. lin. P1 incurrerit] incurrit *P1* 18 enim] *sup. lin. P1* 19 incurrerunt]
incurerunt *P1* dicta] *sup. lin. P1* 21 sequitur] † fecit *scr. sed eras. et del.*
P1 firmiter] firmiter *P1* 30 non] *in marg. P1* 32 nec] *sup. lin. P1*

per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem.

Sed numquam in presenti ecclesia est talis casus possibilis ut unus solus recte credat, aliis errantibus, et tunc, licet salvaretur dictum Christi et oratio: *ego rogavi pro te, Petre* etc., sed non bene illud *ego vobiscum*
 5 *sum usque ad consummationem seculi*. Si intelligatur *ego vobiscum sum* per fidem sicut satis videtur secundum unam expositionem, licet alie expositiones possent dari, quia, ut videtur ad verificationem *ego vobiscum sum* etc. Si intelligatur per fidem, requiratur fides futura semper in pluribus apostolis, discipulis, quibus Christus ibidem loquebatur et in
 10 eorum personis loquebatur eorum successoribus usque in finem seculi duraturis, licet non sequatur fides futura in omnibus talibus, quia non dicit Christus ego cum omnibus vobis usque ad consummationem cum Salvator noster alibi Salvator dixerit: *filius hominis cum venerit, invenietne fidem in terra?* Nam, sicut ipso teste, sicut *refrigescet caritas multorum*, ita tenebrescet et rarescet fides multorum, et Apostolo teste
 15 multi discedent a fide in novissimis diebus. Si enim in viridi Ecclesia tempore Christi plantata hoc accidit ut in una sola persona remaneret fides, cur etiam tempore arido Ecclesie quanto erit tanta tribulatio quanta *non fuit ab initio ex quo gentes esse ceperunt* non poterit hoc
 20 contingere?

Sed ex aliis verbis Christi ibidem, scilicet *Matthei* 24, solvitur obiectio, nam Christus ibidem fatetur tantam tribulationem futuram ut, *si fieri posset, electi* deficerent propter quos electos Deus *abbreviabit dies illos*, et sic in electis, licet tamen pluribus, salvabitur fides.

25 || Decimum quartum folium

P1 293r

Sed, licet de illo tempore finalis Christus loquatur, in qua Deus de speciali gratia, sicut produxit Christus, electos conservabit in fide qualiter non servavit primos electos apostolos et discipulos tempore passionis, non tamen Christus sic dixit vel predixit de omni tempore
 30 futuro a tempore apostolorum usque in fine seculi, quinymo videtur quod fides pape* prosperitatis fidelium sit in periculo infirmandum et rarescendum quam in tempore prosperitatis. Unde AMBROSIIUS super

3 salvaretur] salvetur a. c. P1 christi] sup. lin. P1 7 ut] iter. P1
 9 loquebatur] in p. ibidem scr. sed del. P1 25 decimum quartum folium] in
 marg. sup. P1 26 sed] de possibilitate defiendum consilii generalis et pape
 Marcilius de Niceno Consilio fuit facta lectio*. Ad propositum premisse propositionis
 tandem remedium, etc. add. in marg. sup. sed del. P1 defiendum^{ad sed]} p. c.
 P1 27 de] sup. lin. P1 31 prosperitatis] prosperitas a. c. P1

Beati immaculati inquit: “fides inexercitata languescit et crebris ociosa temptatur incommodis. Remissum excubiis callidus insydiator irrumpit, assuetum autem bello virum externa fraus instruit et gloriose provehit palma victoriae. Pax ergo fidei corruptele materia est.”

- 5 Unde in prosperitate existentibus consulit Petrus in sua *Canonica* vigilare pro custodia fidei et aliarum virtutum dictus: fratres, *sobrii estote et vigilate, quoniam adversarius vester dyabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem devoret, cui resistere fortem in fide*. Cupiditas etiam et avaritia que tempore prosperitatis regnant multum
10 sunt corruptiva vere fidei et spei bonorum eternorum. Unde Apostolus: *radix omnem malorum cupiditas, cui quidam accendentes erraverunt a fide et inmiscuerunt se doloribus multis*. Et alibi Apostolus inhibens avaritiam dicit *quod est ydolorum servitus*. Et CHRISOSTOMUS super illud *Matthei* 20: “ac illi magis clamabant” — dicit — “Talis est natura fidei: quanto plus vetatur, magis accenditur. Virtus fidei in periculis segura, in securitate periclitatur. Quid enim aliud sic laxat vigorem fidei sicut lingua tranquillitas?” Quasi dicat nichil tempore enim hereticorum quale nunc non apparet utinam non sicut in rei veritate doctores catholici preparaverunt ad impugnandum eos et se et alios catholicos in fide
20 confirmaverunt et multos libros defensivos fidei et impugnativos heresum composuerunt, qualiter nunc a fidelibus et catholicis doctoribus et aliis in lege divina peritis, sed magis corpore* videntur quoad scientiam, sed non quoad avaritiam. Unde iuxta propheticus dictum: *omnes a maiore usque ad minorem avaritie student*. Unde et pro dolor fides formata caritate non mortua, sed viva apparens ex operibus de quali Iacobus inquit: *ostende michi ex operibus fidem tuam* non mortua et sine operibus quam rara sit patet per experientiam. Unde, ut videtur, Ecclesia tempore prosperitatis temporalis ad mala futura in Ecclesia que predicta sunt in *Scripturis* debent advertere, iuxta dictum SENECE:
25 “tunc salutaria consilia advoca cum tibi alludit vite prosperitas”. Et GREGORIUS in *Omelia* super illo *Evangelio* erunt signa in sole et luna: “cum audieritis prelia et seditiones, nolite terreri; oportet enim hoc primum fieri, sed nondum statim, quia sed eundem “ultima tribulatio multis tribulationibus prevenitur”. Inquit inquam GREGORIUS: “Dominus ac redemptor noster perituri precurrentia mala denuntiat”, etc verba coram sunt.

Premissa pro tanto, reverendissime pater, disgressive tangendo

1 ociosa | occiosa P1 2 incommodis | incomodis P1 23–24 a maiore |
sup. lin. P1 35 precurrentia | precurentia P1 37 premissa | ad propositum
add. in marg. sed del. P1

michi occurrit unum periculum hereticale imminens tempore presentis scismatis, nam multi specialiter studentes et qui viderunt scripturam adversarii supradicti, MARCILII DE PADUA nominati, ad errores suos se mentaliter convertunt tenentem non de necessitate salutis obedire
 5 vero Romano Pontifici, nec Romanum Pontificem super alios pontifices habere primatum saltem iure divino et sic in heresim et in errorem dampnabilem prolabantur, cuius erroris oppositam esse veritatem catholicam credendam de necessitate salutis inferius ostendetur.

Sed pro nunc ad propositum redeundo cum querebatur an casus
 10 similis in fide, in Dei et omni* sit possibilis presentialiter vel inpost*** qualis fuit tempore passus. Et dicunt aliqui quod sic, puta Magister GUILLELMUS OKAM, doctor Anglicanus, et rationem assignat quia non est verisimile quod “omnium post tempora apostolorum sint in Ecclesia Dei magis accepti Deo quam apostoli erant ante mortem Christi. Si ergo
 15 Christus verus Deus tempore passionis premisit omnis apostolos a fide catholica deviare et in sola Virgine Maria fidem Romane, temerarium videtur” — inquit iste doctor — “asserere quod unquam ante finem mundi totam multitudinem Christianorum preter unum Deum permittat a vera fide recedere.”

|| Cum istius doctoris opinione, ut dictum est, bene staret veritas
 20 illius propositionis et ex auditio orationis Christi *ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat tua*, et quod *fides in eternum stat*, ut inquit Sapiens, sicut etiam stetit tempore passionis, sed quoniam* finale promissum Christi dictum apostolis et discipulis pro hiis et eorum usque in finem
 25 ecclesie militantis, dictum *Matthei* ultimo in fine totius stabit, cum dicta opinione *ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi*. Non bene apparet, cum pluraliter loquatur et pluraliter locutio non minus quam duorum numero contenta est, posset dici multipliciter iuxta illam opinionem primo exponendo *vobiscum sum* et *ero usque*
 30 *ad consummationem seculi*, cum vestris* successoribus aliquibus ymo multis per eternam predestinationem qualiter etiam fuit cum apostolis electis et lapsis a fide tempore passionis virtute cuius* predestinationis et divine gratie eis post collare ad fidem sunt restituti et in eadem finaliter permanserunt et pro eadem martiria* sustulerunt. Et sic non
 35 videtur quin sic eorum successoribus ante finem seculi possit contingere etiam electis et preelectis seu predestinatis a Deo finaliter mansuris in fide salvandum. Et etiam aliter posset dici *ego vobiscum sum usque*

P1 293v

1 imminens] p. c. P1

9 sed] ad propositum add. in marg. P1

13 verisimile] verissimile P1

15 deus] et homo scr. sed del. P1

16 temerarium] temarium P1

20 est] sup. lin. P1

22 sapiens] sed

non l. scr. sed del. P1

33 post] casum fidei scr. sed del. P1

ad consummationem seculi per fidem unius vestrum solius sic quod fides mea stabit inter vos, nec deficiet in vobis fides vera, ymo aliquis specialiter inter vos per quem et dei gratiam principaliter agentem ad fidem redire poteritis, sicut Petro dictum est: *et tu aliquando conversus*
 5 *confirma fratres tuos*, dictumque fuit supra illud dictum *ego vobiscum sum* etc. intelligi posse per presentiam Christi in sacro altaris usque in finem seculi durativo, ut de presentia Christi secundum ditantem vel modum aliis preterquam per fidem in multis.

Ex ista opinione, si vera, sequitur fore possibile ad unam solam
 10 personam pertinere dubias legis divine sententias diffinire atque interpretationem *Sacre Scripture* et non ad solum consilium generale et sic due propositiones adversarii inferri possunt false esse posse. Et quod generale quodcumque* consilium vel congregatio fidelium non totalis Ecclesie, sed partialis potestatis non habeat diffiniendum divine
 15 legis sententias dubias potest, sed sola tota Ecclesia nullo fidei excluso patet ex premissa opinione.

Et potest predicta assertio aliunde probari. Primo, quia una sola est Ecclesia cuius fidem usque in finem Christus exoravit et Deum Patrem in finem seculi duraturam, et per consequens una est sola Ecclesia que in
 20 fide nec falli, nec fallere potest, et per consequens una est sola Ecclesia cui est credendum de necessitate salutis, et per consequens ad quam pertinet dubias legis divine sententias diffinire, cum igitur generale consilium prout describit adversarius sic Ecclesia distincta a totali et pars eius Ecclesia et minor ad ipsum huius diffinitio sententiarum dubiarum legis
 25 divine nullatenus pertinebit.

Quod*, si dicatur quod consilium generale est vites* gerens universalis Ecclesie, hoc ex scripturis canonicis nullatenus potest colligi evidenter. Quamvis enim illud consilium de quo habetur *Actuum* 15 habuit auctoritatem diffiniendi sententiam que vertebatur in dubium* de
 30 circumcisione gentilium conversorum, quod consilium fuit congregatum ex apostolis et senioribus qui forsitan erant tota Ecclesia vel saltem Ecclesia tota sciebat explicite de quo agebatur et in apostolis et senioribus confidebant expresse et suam fidem totaliter eis committebant vel forsitan aderant huius consilio omnis fidelem qui pauci numero
 35 pro tunc erant ante, non sequitur quod nunc multiplicatis fidelibus

6 per presentiam] *sup. lin. P1* 7 ut de] vel pe. a. c. *P1* 11 scripture] scripturam *P1* 12 possunt] p. *scr. sed del. P1* 15 potest] a *scr. sed del. P1*
 23 et pars eius] *in marg. P1* 24 et minor] *sup. lin. P1* 32 tota] *sup. lin. P1* explicite] *sup. lin. P1* 33 expresse] *sup. lin. P1* committebant] connittebant *P1*

sic sit agendum quin omnis fidelem sint ad diffiniendum divine legis dubias sententias debeant enotari et interpretari, qui nec tunc ille modus diffiniendi divine legis sententias dubias pro regula servanda de necessitate salutis in posterum extitit institutus. Multaque in illo consilio
 5 fuerunt que modo non gererentur* in consilio generali, si modo post consueto tale consilium celebraretur ibi namque non legitur quod Petrus apostolorum princeps et caput Ecclesie non exprimitur huius consilium convocasse vel congregasse, nec sententia diffinitivam, sed Iacobus Episcopus Ierosolimitanus prout patet ex textu, et per consequens
 10 gesta illius consilii non sunt trahendum* ad consequentiam, ut sit in posterum ritus huius de necessitate salutis debeat observari.

|| Decimum quintum folium

P1 294r

Et quod consilium generale et quelibet alia congregatio fidelium preter universalem Ecclesiam errare possit in fide et in divine legis
 15 dubiis diffiniendis potest satis apparentis probari et primo ostenditur de consilio generali, demum de Romano collegio et reliquis, ut occurreret et ad obiciendam* debetur responsio quod enim consiliius generalius non sit universaliter in omnibus eorum determinationibus credendum de necessitate salutis et per consequens non solum ad generale consilium
 20 pertineat legis divine dubias sententias diffinire probari ad illud consilium vel congregationem fidelium non pertinet legis divine dubias sententias diffinire, nec ei est credendum de necessitate salutis quod consilium seu que congregatio fidelium potest approbare falsa pro veris et per consequens dampnare pro falsis ista non eget probatione sic esse
 25 potest de generali consilio quonymo sic fuit de Niceno consilio cuius continentiam non habeo, sed legi in quodam antiquo libro michi specialiter salvo meliori iudicio satis autentico, nam iuxta quod in dicto libro legi id consilium statuit primationes* lune inveniri iuxta siclum decemnonalem et illum siclum per consequens approbavit qui
 30 tamen, ut aliqui astronomi dicunt ratione et experientia, defectuosus est et erit amplius in futurum. Ad quod aliqui respondent dicens quod EUSEBIUS CESARIENSIS Episcopus, qui primo hunc ciclum ordinavit, fuit parum ante Synodum Nicenam, et tunc non potuit esse mutatio sensibilibiter antequam celebraretur illa Synodus que etiam fuit consilium
 35 generale, in quo sancti patres sic statuerunt predictum siclum observari.

2 enotari et interpretari] *sup. lin. P1* 12 decimum quintum folium] *in marg. sup. P1* 13 et¹] *** *add. in marg. sup. sed eras. P1* 15 diffiniendis] diffiendis *P1* 17 debetur responsio] *in marg. P1* 26 libro] *mai. scr. sed del. P1* 28 id consilium] *sup. lin. P1* statuit] *lun. scr. sed del. P1*

Posque* LEO PAPA, ut in eodem libro habetur, qui fuit post dictum Synodum vel consilium generale quasi 120 annis, manifestum est, ut dicunt isti, non posse primationem huius ad plus recessisse de loco suo in kalendario a tempore EUSEBII nisi per unum diem. Et hunc errorem,
 5 ut dicunt, percepit PAPA LEO et discussit.

Et quia, ut dicunt, novus error fuit, ut dicunt isti, et non multum notabilis, et Synodus Nicena magne auctoritatis fuit, non expedit tunc temporis diffinitioni huiusmodi Synodi contrarie. Synodus igitur Nicena, ut ulterius dicunt isti, decrevit de hunc siclum observari quamdiu
 10 habent veritatem seu non fallent sensibiliter. Et, ut vitaretur contentio ne quilibet circa hoc sententiam suam eque falsam, sicut illa que ab omnibus sustinetur, promulgaret. Donec, ut dicunt, accideret in Ecclesia Dei potestas scientie mathematice astronomice qua possent certificari omnia de quibus est circa hec dubitandum vel quo et hec positio quorundam
 15 astronomorum circa premissa.

Dicunt etiam quod salva auctoritate Synodi Nicene quod siclus ponit hic nunc mutari* quamvis tunc potuerit observari, quia non fuit error sensibilis, nunc vero est error sensibilis, quia luna apparet, ut dicunt, tertia vel quarta quando computatur prima, et confunditur, ut dicunt,
 20 totus ordo ecclesiarum solemnitarum, nam solemnitas pascalis celebratur aliquando per multos dies postquam debuit celebrari et extenditur, ut dicunt, ieiunium per multos dies plusquam deberet, et incipitur tardius quam deberet et comeduntur carnes a fidelibus, ut dicunt in vera quadragesima seu in diebus qui deberent esse quadragesima, nec celebrantur Rogationes, Ascensio, Pentecostem* temporibus suis. Ex
 25 hiis dicunt ulterius sequi multiplex scandalum propter manifestos errores et palpabiles, nam, ut dicunt literati, in compoto et astronomia derident ignorantiam ac negligentiam prelatorum qui tales defectus sustinent. Atque, ut ulterius dicunt philosophi hebrei et greci et alii infideles qui habitant inter Christianos et in Yspania et in Egipto et partibus Orientis,
 30 abhorrent stultitiam quam conspiciunt in ordinatione temporum quibus utuntur Christiani in suis solemnitatibus. Hec in predicto libro legi et si legi fideliter hic recito.

Ex quibus, si vera sint quod probabiliter puto, quia non habeo
 35 evidentiam de huius, cum non sim astrologus nec etiam compotista, videtur sequi quod generale consilium Ecclesie potest errare et approbare falsa pro veris quin non solum de possibili hec esse verum, ymo quod*

3 dicunt] pone clarius *add. in marg. P1*
 28 negligentiam] necligentiam *P1*

14 hec²] positivo *scr. sed del. P1*

de facto Niceni consilium falsum pro vero approbavit, scilicet siculum decemnonalem falsum et defectuosum pro vero approbavit, quinyimo huius siclus tempore approbationis huius erat defectuosus sic et non sensibiliter que in sensibilitas non excusat, nec obviat quin in rei veritate
 5 fuit error qui* postmodum tempore LEONIS, ut dictum est, paruit, nam, sicut dicunt sancti et doctores catholici, quantumcumque parvus error asseretur in aliqua scriptura etiam divina vel reperiretur assertus et approbatus totam scripturam huius redderet suspectam et inferret eam non esse auctoritatis infallibilis. Quod, si verum sit de *Sacra*
 10 *Scriptura*, videlicet quod si in ea reperiretur error assertus, non esset infallibilis auctoritatis; pariter videndum de consilio generali et qualibet alia congregatione fidelium.

|| Ut resumatur articulum principale assumens talem maiorem propter auctoritatem illius quod vel qui vel que collegium, hominem,
 15 persona vel congregationem potest approbare falsa pro veris vel dampnare vera pro falsis non est infallibiliter et indubitanter assentiendum alicui assertioni. Sic est de consilio generali, igitur confirmatur, nam per illam approbationem consilii generalis, de qua supra, scilicet sicali decemnonalis per Nicenum consilium non solum
 20 erratur, sed intellectum assentiendo falso pro vero, ymo erratur moraliter in cultu et sic opus Dei et cultus non solum negligenter quod vitandum est *Scriptura* dicente *maledictus qui facit opus negligenter*, non solum in quarum fit cultus Dei per hoc negligenter, ymo erronee, ut tactum est supra satis et scandalose catholicis apud infideles et apus eos
 25 Christianitas et cultus Christianorum sic erronee factus exponuntur in derisum, ut videtur, et ponit veritati huius inconueniens et error in impedimentum conversionis infidelium maxime scientificorum et scientium clare huius defectum, ymo simplicium infidelium instructorum per scientificos.

30 Ulterius ex predicta approbatione posset infringi non solum auctoritas Niceni consilii, ymo omnem aliorum consiliorum generalium Ecclesie, nam ab eodem spiritu procedunt et eidem fundamento inmetuntur*, scilicet eidem quo *Sacra Scriptura* et tota fides Ecclesie,

P1 294v

5 paruit] *sup. lin. P1* 6 error] *sup. lin. P1* 8 huius] *p. c. P1*
 11–12 de consilio — fidelium] *in marg. inf. P1* 13 ut] Repetatur propositio
 pro qua materia habet, ymo et prima eiusdem propositio, quod consilium generale
 possit ***** etc. multa habentur 5 Dya-orum *add. in marg. sup. P1* ; vide 5
 Dya-orum *add. in marg. P1* 21 negligenter] negligenter *P1* 23 in quarum]
sup. lin. P1 tactum] de possibilitate erroris generalis consilii Okam *add. in*
marg. P1 consilii^{ad tactum}] vide *add. sed del. P1* 26 derisum] derrisum
P1

de quo Petrus quod *non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.*

Sed quia hec instantia facta contra auctoritatem consilii generalis per astrologos predictos nimis videtur pungere Ecclesiam et ne aliquis
 5 ad eandem respondit, ad eandem obmittatur per me ex oblivione, volo pro nunc dicere quod occurrit et dico breviter quod consilia generalia falli non possunt, nec falli, nec fallere, nec falsa pro veris approbare, nec vera pro falsis dampnare in hiis que sunt credenda aut agenda a fidelibus de necessitate salutis, nec super hiis errare potest per ignorantiam iuris
 10 divini, sed per ignorantiam facti alicuius cuius notitia aut observantia non est ad salutem necessaria fidelibus, qualis est ignorantia etatis lune aut primationum lune pascalium non est inconveniens quod fallatur. Et etiam quoad celebrationem pascalis solemnitatis tempore certo. Sicut enim locus certus et determinatus non requiritur ad colendum Deum
 15 aut ad orandum de necessitate salutis, ita videtur quod nec certum tempus vel dies de iure divino et de necessitate salutis ad colendum Deum requiratur, nec etiam per consequens ad festa celebranda.

Unde de loco Deum colendi et adorandi quod non requiratur certus locus materialis patet *Iohanni 4*; dixit namque Christus ad
 20 Samaritanam ipsa predicente Christo: *Domine, video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adoraverunt et vos dicitis quia Ierosolimis est locus ubi oportet adorare. Dixit ei Ihesus: mulier, crede michi quia veniet hora quando nec Ierosolimis, nec in monte hoc adorabitis Patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex*
 25 *Iudeis est. Et sequitur ad propositum: Sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. Nam et Pater tales querit. Spiritus enim Deus est et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare. Et per consequens, cultus Dei exterior quoad determinatum locum materiale et per consequens*
 30 *nec tempus est de iure divini, set positio tantum, et per consequens celebratio Pasce certo tempore aut die non est de iure divino aut eodem iure de necessitate salutis, sicut nec res oblate exteriores materiales in cultu divino iure divino sunt de necessitate salutis. Unde Michee 6: quid dignum offeram Domino? Numquid curvabo genu Deo excelso?*
 35 *Numquid offeram ei holocaustum, etc. numquid dabo primogenitum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato anime mee?* Et respondet propheta vel Dominus per prophetam dicens: *Indicabo tibi, o homo, quid*

3 sed quia] *in marg. P1* **14** deum] *deum P1* **19** patet — 4] *sup. lin. P1* **33** sunt de necessitate] *iter. P1* **36** pro] *scelere meo scr. sed del. P1*

Deus requirat a te: utique facere iudicium, et diligere misericordiam, et sollicitè ambulare coram Domino Deo tuo.

Idem habetur ex Psalmus 49: *Deus deorum Dominus locutus est, etc. Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia, etc.* Et infra: *non in sacrificiis arguam te, etc. Non accipiam de domo tu vitulos, etc.* et concludit verum Dei cultum interiorem iure divino necessarium ad salutem: *immola Deo sacrificium laudis et redde altissimo vota tua; invoca me in die tribulationis, eruam te et honorificabis me, etc.* Et in fine Psalmi: *Sacrificium laudis honorificabit me, et illic iter quo ostendam illi salutare Dei.* Et per consequens talis cultus sufficit ad salutem, nec locus materialis offerendum, nec res oblate de iure divino evangelico sunt de necessitate salutis, et per consequens nec tempus limitatum et precisum puta circa quotta* lune in celebratione Pasce sunt etiam multa festa que non specialiter tempore suo celebrantur de sanctis martiribus non specialiter fit festum tempore, die et hora quibus passi sunt simili, etc.* festum sacramenti altaris non celebratur die qua noscitur in****, ut notum est, et die dictum sic ad illam instantiam factam contra auctoritatem consilii generalis Niceni et, per consequens, aliorum.

20 <Contra primas duas propositiones>

|| Decimum sextum folium

P1 295r

Non enim volo tenere contra adversarium quin ad generale Ecclesie consilium pertineat legis divine dubias sententias diffinire, sed circa suas propositiones volo arguitive tange alica in speciali in quibus Ecclesie adversatur. Illas enim propositiones ad finem adversandi Ecclesie, prima videlicet “Solam divinam scripturam seu canonicam, et ad ipsam per necessitatem sequentia atque ipsius interpretationem ex communi consilio fidelium factam veras esse, ad beatitudinem consequendam

6 et] Vide de precepto ut Pasco dominica celeraretur *add. in marg. P1*
 14 pasce] *sup. lin. P1* 15 celebrantur] *sup. lin. P1* 17 noscitur] *p. c. P1*
 21 decimum sextum folium] *in marg. sup. P1* 22 non] Quod una tantum sit ecclesia que errare non potest, probandum restat. Capiendo specialiter ecclesiam pro congregatione fidelium et requirant* dum ad obiecta quedam nimis prurgentia* et finaliter redendum* quanto sunt gradus in diffiniendo dubia, etc. *add. in marg. sup. sed del. P1*
 25 illas] *p. c. P1* propositiones] posui* nisi* *add. in marg. P1*

necesse est credere, si debite proponatur.”

Videtur posuisse predictus adversarius ne primatus Romani Pontificis super omnes alios pontifices ac Romane Ecclesie super omnes alias ecclesias probari possent sufficienter credendum de necessitate salutis pro eo quod de presidentia Petri Rome aut eius ibidem presentia quandoque personali predicatione ac martirio glorioso nichil in *Scriptura* habetur, sed solum de Pauli presentia ac predicatione, ut pate in fine *Actuum*. Ac per hoc solum videatur Romanum Pontificem habuisse super alios pontifices et Romanam Ecclesiam super alias a solo CONSTANTINO habuisse primatus et sic Romanum Pontificem Imperatori debere esse subiectum et eiusdem Pontificis Imperatoris iudicem ordinarium esse debere et multa alia finaliter stabilire conatus esse videtur propter magistrum suum et dominum LUDOVICUM DE BAVARIA qui illis temporibus, scilicet tempore felicitis recordationis domini IOHANNI XXII, preter consensum Romane Ecclesie voluit Romani Imperii iura tenere, cuius LUDOVICI idem adversarius fertur cancellarius extitisse.

Secundam quoque propositionem suam que talis est, ut dictum est: “Legis divine dubias sententias diffinire in hiis presertim que Christiane fidei dicuntur articuli et reliquis credendis de necessitate salutis solum generale consilium fidelium vel illius valentiorum partem seu multitudinem determinare debere, nullumque aliud collegium partiale aut singularis personam cuiuscumque conditionis existat iam dicte determinationis auctoritatem habere.” Istam propositionem patenter videtur posuisse predictus adversarius ad auctoritatem Romani ac supremi Pontificis et sui collegii penitus annullandam eiusque definitionibus, scilicet Romani Pontificis ac supremi Pontificis etiam cum suo toto collegio in eis que fidei sunt, nullatenus esse credendum de necessitate salutis, nec per consequens eidem fore obediendum de eadem necessitate salutis cum discredere vel non credere eiusdem definitionibus sit non obedire eidem.

Iste due propositiones, ut supratactum est, fuerunt aliquantulum impugnate. Nunc restat ad suam pretracta motiva et alia quedam adhuc adducibilia. Responde: adducebantur namque pro prima propositione aliquae auctoritates que supra ponuntur, filio 6, secunda pagina. Primum erat auctoritas AUGUSTINI communis* “in Sacra Scriptura quidquid est utile invenitur et quidquid est noxium dampnatur.” Patet dici quod

5 ibidem] pred. scr. sed del. P1 10 imperatori] fore scr. sed del. P1
 12 videtur] sup. lin. P1 15 consensum] consensum P1 22 cuiuscumque]
 cumiuscumque P1 25 annullandam] eors. scr. sed del. P1 26 scilicet]
 silicet P1

unum quoad agibilia seu agenda moralis vite de necessitate salutis iuxta quoddam aliud dictum ut pro nunc puto GREGORII “ille habet quidquid patet quidquid latet in divinis voluntatibus qui caritatem servat in moribus” quin vero sint multa credibilia et credenda de necessitate salutis que in *Sacra Scriptura* non habentur expresse nullatenus rationabiliter dici potest, ut patet ex predictis supra de multis modis veritatum catholicarum credendarum de necessitate salutis.

Et pari modo responderi potest ad secundum supratactum pro adversario argumentum quo dicitur quod, sicut tota fides ad quam tenebantur Hebrei sufficienter exprimitur in *Veteri Testamento* iuxta illud *Deuteronomio* 4: *Non addetis ad verbum quod loquor vobis* etc. ita tota fides ad quam tenentur Christiani de necessitate salutis continetur in utroque *Testamento*. Respondetur: quidquid sit de assumpto non esse simile, nam habemus in *Novo Testamento* quod *Multa fecit et dixit Ihesus que non sunt scripta in libro hoc*. Et iterum Christus dixit suis pro ipsis et eorum successoribus quin propter imperfectionem *Evangelii* non poterant per *Evangelium* plene nosce per ipsos credenda: *non relinquam vos orphanos, sed mittam vobis promissum Patris Spiritum veritatis* et ille *docebit vos omnem veritatem*, etc.

Una quoque causa huius rei videtur fuisse preceptum divinum ut sanctum Pasca dominico die celebraretur. Unde in *Legenda Pii Pape et martiris* sic scribitur: “sub huius episcopatu Hermes librum scripsit in quo mandatum continetur quid ei precepit angelus Domini, cum venit ad eum in habitu pastoris et precepit ei ut sanctum Pasca die dominico celebraretur”, et ex hac causa, ut audivi a quodam comptotista, continuat in Ecclesia ut non possit servari circa quotta lune in celebrando Pasca.

¶ Dictum quoque IERONOMI communiter allegatum quod “ex *Scripturis* divinis auctoritatem non habet eadem facilitate contempnitur qua probatur” intelligitur de scripturis apocryphis que non consonant *Sacris Scripturis* iuxta illud *qui non est mecum, contra me est, et qui non collegit mecum, dispergit*. De *Scripturis* vero multis et veritatibus multis non expressis in *Scriptura* aut non sequentibus ex per**tis ex contentis in *Scriptura Sacra* consonis tamen *Sacre Scripture* et verisimilibus ultra *Scripturam* vel extra *Scripturam* a Christo dictas apostolis, aut a Spiritus Sanctus post eisdem, aut

P1 295v

14 et dixit] *sup. lin. P1*
quoque — pasca] *in marg. inf. P1*

sup. sed del. P1 et^{ad} dictum] p. c. P1

34 verisimilibus] verissimilibus P1

16 quin] *sup. lin. P1*

20–26 una
27 dictum] adducantur rationes pro
add. in marg.

33 sacra] et e. scr. sed del. P1

eorum successoribus revelatis et de auctoritatis ystoriis et eremitis* fidelium de gestis Ecclesie post valde imperfectam ystoriā factas *Actus apostolorum* nullatenus est dictum IERONIMI supradictum intelligendum ut ex veritatum credendarum de necessitate salutis multis
 5 modis supratactis nolenti advertere satis patet.

Quod vero adiungitur de traditionibus hominum videt quod relique scripture a *Sacra* sunt traditiones hominum, de quibus salvator ait, *Matthei 15: in vanum me colunt docentes doctrinas et precepta hominum*. Sub quibus traditionibus videntur contineri decreta, decretales
 10 et omnis sanctiones et diffinitiones summorum Pontificum etc. Posset dici huius rationi petere principium et multa alia ad hoc possent dici, sed unum tantum dico adversario, ut advertat ipse vel sequaces: si qui sint ad passum *Scripture* quem allegat et de quibus traditionibus *Scriptura* loquatur quantum de comestione discipulorum non lotis
 15 manibus, ut dicebant Pharisei Christo, *quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lavant manus suas cum panem manducant*, que traditionis transgressio discipulorum infra ostenditur nullatenus contradicere divinis mandatis, cum dixit Christus, *manducate non lotis manibus, non coinquinat hominem* etc.

Christus vero dicendo verba per adversarium allegata *in vanum me colunt* etc. loquitur* de traditionibus obviantibus divinis preceptis et impredientibus ab observatione divinorum preceptorum dicendum *quare et vos transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras* etc. Sanctiones vero summorum Pontificum non impediunt ab observantia
 20 divinorum preceptorum, ymo potius ad illa servanda fidelem dirigunt et ad hoc condite sunt ut ex earum tenore satis patet.

Alia quoque pro predictis propositionibus adversarii possent adduci motiva que ipse adducit et alica alia que non adducit. Quod enim solam *Sacram Scripturam* divinam seu canonicam oporteat credere
 30 de necessitate salutis nec quidquam illi addendum videtur notare Salemonem *Proverbio 28* dicens *ne addas quidquam verbis illius et arguaris, inveniarisque mendax* et loqui videtur de verbis divinis seu auctoritate divina conscriptis ac a Deo revelatis.

Item, *Apocalypsis* ultimo: *Contestor omni audienti verba prophetie*

2 factas] sup. lin. P1 3 nullatenus] iter. P1 ieronimi] rona. scr. sed del. P1 7 a sacra] sup. lin. P1 10 sanctiones] sanxiones P1 12 si qui] iter. sup. lin. P1 23 propter] transgressione scr. sed del. P1 24 sanctiones] sanxiones P1 28 ipse] ipset P1 31 dicens] sup. lin. P1 34 item] Sapientie, Apocalypsis, Apostolus add. in marg. sed del. P1

libri huius; si quis apposuerit ad hec, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro hoc. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetie libri huius, auferet Deus partem eius de libro vite, et de civitate sancta, et de hiis que scripta sunt in libro isto.

- 5 Et Ad Galatas 1 Apostolus: *Miror enim quod sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocavit in gratiam Christi in aliud Evangelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant et volunt convertere Evangelium Christi. Sed licet nos aut angelus de celo evangelizaret vobis preterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.*
 10 *Sicut predixi, et nunc iterum dico de ipsis: si quis vobis evangelizaverit preter id quod accepistis, anathema sit.* Ex hiis videtur vera prima propositio adversarii qua dicit “solam *Scripturam* divinam” etc.

- Ad primum horum potest dici quod beatus IOHANNES loquitur de libro suo solo ut notum est, non de reliqua *Scriptura sacra*,
 15 puta evangelica, in qua ipse dixit in fine sui quod multa alia fecit Ihesus *que non sunt scripta in libro hoc* et quod Spiritus erat docturus apostolos et suos successores multas veritates, etc. vel loquitur de appositione adversorum non diversorum et consonorum et de ablatione necessariorum, ut patet.

- 20 Per idem, ad verba PAULI quod loquitur de evangelizatione adversorum non diversorum patet per verba sua, dicit: *Miror quod ita cito transferimini in aliud Evangelium*, etc.; et per illud quod sequitur: *sunt aliqui qui vos conturbant et volunt evertere Evangelium Christi*, addendo vel evangelizando non solum diversa, sed adversa. Unde in
 25 Prologo *Epistole* illius dicitur sic: “Galathe sunt Greci. Hii verbum veritatis primum ab Apostolo acceperunt. Sed post discessum eius temptati sunt a falsis apostolis ut in legem et circumcisionem verterentur. Hos Apostolus revocat ad fidem veritatis”, etc.

|| Decimum septimum folium

P1 296r

- 30 Pro opinione etiam prima propositione adversarii, scilicet “solam

8 convertere] p. c. P1 15 evangelica] de scr. sed del. P1 ipse] ipset P1
 22 etc.] sup. lin. P1 23 christi] po. scr. sed del. P1 25 dicitur sic] iter.
 P1 28 apostolus] vacuum add. P1 29 decimum septimum folium] in
 marg. sup. P1 30 pro] Quod in credentia sunt gradus sicut* intelligenda sunt,
 similiter in auctoritate diffiniendi. Pro infra scribendum videndus 5 *Dyalogorum* et
 quedam alia etc. de fallibilitate consilii generalis specialiter add. in marg. sup. P1
 sicut* — sunt^{ad pro]} sup. lin. P1 prima] eius scr. sed del. P1

Scripturam sacram vel canonicam vel divinam” etc.

Auctoritatem supra allegatam in principio questionis que videntur pro prima propositione adversarii, “solam *Scripturam*” etc. sunt iste.

Prima est contra dictum *Decreti*, capitulo “Ego solum...”, ubi
 5 dicitur sic: “Ego solum illis libris *Scripturarum* qui iam canonici
 appellantur didici hunc timorem honoremque referre ut nullum illorum
 errasse scribendo audeam” dicere etc., primo folio. Ad hoc dici quod
 AUGUSTINUS hic AUGUSTINUS notat prioritatis in credibilitate et
 10 maioritatem auctoritatis et hoc satis notatur satis supra in ordine
 veritatum catholicarum et credendarum de necessitate salutis, nec
 propter hoc negat alias *Scripturas* credendas, ut satis notatur infra,
 capitulo “Veterum...” cum dicitur: “aliis autem scripturis” etc. “non adeo
 adherendum, ut ex eis sic testimonium proferatur, ut contra sentire
 non liceat, sicubi forte aliter sapuerint quam veritas postulet.” Patet
 15 per hoc quod addit “sicubi forte aliter sapuerint”, ubi enim consone
 veritati *Sacre Scripture* primo et principali credende locuntur, non
 licet contra sentire, ut videtur AUGUSTINUM sentire satis.

Ad aliud vero quod dicitur capitulo “Quis nesciat...” dicitur sub
 auctoritate AUGUSTINI sic: “quis nesciat *Scripturam* tam *Veteris*
 20 quam *Novi Testamenti*, certis terminis suis contineri, eamque
 posterioribus omnem episcoporum” — et per consequens, Romanorum —
 “litteris ita preponi, ut de illa omnino dubitari aut disceptari non
 possit” — seu non debeat — “utrum verum vel rectum sit aliquid
 quod in ea scriptum esse constiterit?” Ex hiis patet clare patet quod
 25 AUGUSTINUS, ut prius vetat ordinem huius scripturarum et prioritatem
 in ordine credendi et maioritatem certitudinis in *Sacra Scriptura*
 quam in aliis scripturis posterioribus cum dicit eam aliis scripturi ita
 preponi, etc. quod autem sequitur “Episcoporum autem litteras que post
 confirmatum canonem scripture sunt vel scribentur licere reprehendi, si

1 etc] Possunt induci auctoritatem Augustini allegatam supra in principio
 questionis posite dicendum contra **** diversis capitulis et quod nec dictis sanctorum,
 nec sanctionibus Summorum Pontificum est propter hoc ** eorum auctoritatem
 indubie ad tenendum de necessitate salutis probari potest et primo de anticis *scr. sed*
del. P1 sanctionibus^{ad etc]} sanxionibus *P1* 2 auctoritatem] Respondeaturque
 ad motiva que ipse inducit *add. in marg. P1* ipse^{ad auctoritatem]} ipset *P1*
 4 solum] illis libri *scr. sed del. P1* 5 libris] *iter. P1* 5-6 qui iam —
 appellantur] *iter. P1* 6 didici] didisci *P1* 9 satis notatur] *iter. P1*
 10 credendarum] Sicut de scientiis dicitur quod mathematica sunt in primo gradu
 certitudinis et naturales, etc. *add. in marg. P1* scientiis^{ad credendarum]} scientii *P1*
 11 credendas] *sup. lin. P1* 12 veterum] aliis *scr. sed del. P1* 19 scripturam]
in marg. P1 21 romanorum] romanorum *P1* 25 prioritatem] et inter *scr.*
sed del. P1 26 maioritatem] *p. c. P1*

quid in eis forte a vero deviatum est?” Ista dicta continent responsionem per hoc quod ponitur conditio “si quid in eis forte” etc. Ubi enim a vero seu a veritatibus in *Scriptura sacra* contentis expresse aut per necessitatem sequentibus ex contentis in *Sacra Scriptura*, aut dictis a
 5 Christo apostolis que non sunt scripta in *Evangelio* que per apostolos et succedentes fideles ad nos pervenerunt, aut dictis et doctis apostolis et ab apostolis Spiritum Sancto eos docente omnem veritatem iuxta promissum Christi que etiam per successorem apostolorum immediatos ac mediatos ad nos pervenerunt, aut veritatibus revelatis seu revelandum
 10 fidelibus per Spiritum Sanctum dirigentem Ecclesiam et Christum etiam assistentem Ecclesie *usque ad consummationem seculi* simul revelantibus iuxta predicationem* Christi de Spiritu Sancto: *ille docebit vos omnia et suggeret vobis omnia quecumque dixerero vobis*. Ubi inquam tales littere Episcoporum potissime Romanorum que post confirmatum
 15 canonem scripture sunt vel scribentur non obviant predictis modum catholicarum veritatum aut non deviant ab alica illarum veritatum, ymo consonant aliquibus vel alicui illarum aut forsitan sunt vel continent veritates aliquorum illorum modorum tales littere credende sunt et tenende de necessitate et sic stat falsa propositio prima adversarii
 20 “solam *Scripturam* canonicam seu divinam” etc. Et ex responsione ad istas duas auctoritates patet responsio ad multas similes quas non induco gratia brevitatis et ex responsione etiam ad quasdam supra positas idem patet.

Et ista credentia seu credulitas fides sive istud credere adhibendum
 25 scripturis posterioribus episcoporum specialiter Romanorum non est actus propriissime fidei qui precise innitatur auctoritati divine et concluditur tali sillogismo: omne revelatum a Deo est firmissime fide credendum, sed A vel B veritas est huiusmodi, igitur. Sed est actus credendi innitens auctoritati humane minoris firmitatis predicto actu
 30 credendum et est de genere assertionum probabilium habens pro principio quod cuilibet experto in sua scientia credendum est potissime in dictis non dissonis, sed magis consonis hiis que sunt fidei proprie, specialiter auctoritatem habentibus et superioritatem in Dei Ecclesia, de quibus verisimilius est quod eis spiritus sanctus assistat in hiis que

2 ubi] aut *scr. sed del. P1* 6–7 apostolis et] *in marg. P1* 10 sanctum] *p. c. P1* 12 sancto] *sup. lin. P1* 21 ad¹] illas *scr. sed del. P1* responsio] *p. c. P1* 24 fides] *sup. lin. P1* 25 specialiter] *sup. lin. P1* 26 propriissime] *propiissime P1* qui] *propiissime scr. sed del. P1* divine] *in marg. P1* 28 huiusmodi] *sup. lin. P1* 34 verisimilius] *verissimilius P1* eis] *sup. lin. P1*

tangunt fidem et Ecclesiam quam simplicibus. Unde de Caypha dicitur quod prophetabit *cum esset pontifex anni illius*, cum dixit: *expedit unum hominem mori pro populo ut non tota gens pereat*.

Ista autem credentia seu adherentia sanctionibus, id est decretis,
 5 Summorum pontificum non sit actus fidei proprie sumendo fidem prout est virtus et honesta subiugans omnem intellectum in obsequium Christi et Dei, sed magis large prout adhuc largius in logica fides sumitur cum dicitur quod “argumentum est ratio rei dubie factivus fidem”. Probari potest aliquibus mediis, nec tamen propter sequitur quin sit de
 10 necessitate salutis.

|| Et quod sanctionibus vel decretis Summorum Pontificum non sit tanta firmitate credendum seu assentiendum ut *Sacre Scripture* probari potest tali ratione illorum sanctionibus vel decretis non est tanta firmitate adherendum ut *Sacre Scripture* qui possunt sancire,
 15 decernere, aprobare falsa pro veris et reprobare vera per falsis, qui possunt sancire seu decernere inter se non solum diversa, sed adversa atque unus idem sibi contradicere et repugnare, qui possunt etiam aliqua decernere tamquam sequentia ex *Sacra* que exinde minime secuntur saltem de textu ex quo sequi dicunt que sanciant vel decernunt. Ista
 20 propositio est satis nota, quia *Sacre Scripture*, ut tactum est, hec contingere non possunt.

Sed sic est de scripturis pontificibus quod enim possint sancire vel decernere falsa et possunt errare a via veritatis. Patet de Petro qui non solum antequam esset Summus Pontifex negando Christum a
 25 via veritatis exorbitavit quinimo cum iam esset Summus Pontifex, ut patet *ad Galatas 2*, ubi inquit Paulus *cum autem venisset Cephas Antiochiam in faciem restiti et ei, quia reprehensibilis erat*, etc. usque ibi *si tu, cum Iudeus sis, gentiliter et non iudayce vivis, quomodo cogis gentes iudayzare*, etc. Ex quibus patet Petrum a veritate deviasse.

30 Et quod in hoc Petrus non solum deviauit a veritate, ymo a fide, patet 2, questio 7, capitulo “Ecce...” ubi CRASSIANUS allegat quod

4–10 ista autem — salutis] *del. P1* 4 sanctionibus] sanxtonibus *P1* id est decretis] *sup. lin. P1* 6 omnem] *sup. lin. P1* 8 dicitur] *cum scr. sed del. P1* 11 et] ∴ primo de Petro et de credentia scripture sue. ∴ De hoc *Dyalogorum. add. in marg. sup. P1* sanctionibus] sanxtonibus *P1* pontificum] *sup. lin. P1* 12 credendum] credendo *a. c. P1* seu] *tenende scr. sed del. P1* assentiendum] *sup. lin. P1* 13 sanctionibus] sanxtonibus *P1* 14 sancire] sanxire *P1* 16 sancire] sanxire *P1* se] *ad scr. sed del. P1* 18 secuntur] *sup. lin. P1* 19 sanciant] sanxiant *P1* 22 sancire] sanxire *P1* ; fa. *scr. sed del. P1* 23 falsa] *p. c. P1* 25 quinimo] *post summus scr. sed del. P1* 29 etc.] *sup. lin. P1*

subditi volunt reprehendere prelatos. Patet per exemplum de Paulo, qui reprehendit Petrum, cui allegationum respondet dicens quod hoc licet quando prelati a fide exorbitant quemadmodum exorbitavit beatus Petrus. Unde dicit ibidem in hec verba: “Paulus Petrum reprehendit,
 5 qui princeps apostolorum erat” etc. Et infra “Petrus coge-
 bat gentes iudayzare, et a veritate *Evangelii* recedere, cum Iudeis gregem faciens, et a turbis gentium latenter se subtrahens. Par autem est in se a fide exorbitare, et alios exemplo vel verbo a fide deicere. Ergo hoc exemplo non probantur prelati accusandi a subditis, nisi forte a fide
 10 exorbitaverint, vel alios exorbitare coegerint.” Ex hiis patet quod Petrus erravit non ambulando *ad veritatem Evangelii* iuxta quod Paulus ipsum reprehendit.

Ad idem potest induci sanctus THOMAS, *Secunda secunde*, questione 33, articulo 4 dicens in hec verba: “in faciem resistere
 15 coram omnibus excedit modum fraterne correctionis, et ideo sic Paulus Petrum non reprehendisset nisi aliquo modo esset par, quantum ad fidei defensionem.” Et subdit: “Sciendum tamen est quod ubi imminet periculum fidei, etiam essent et sunt prelati a subditis publice arguendi” propter imminens periculum circa fidem. “Unde et Paulus, qui erat
 20 subditus Petro, propter imminens periculum scandali circa fidem, Petrum publice arguit.” Nec tamen in hoc Petrus heresim incurrit seu hereticus effectus est, quia errori suo non pertinaciter adhesit quinymo ad reprehensionem pauli ab errore discessit et se correxit.

Item, idem videtur posse probari de beato MARCELLINO PAPA qui
 25 contra fidem errasse videtur adorando ydola, de quo NICOLAUS PAPA distinctione 21, capitulo “Nunc autem...” sic ait tempore DYOCLISSIANI et MAXIMIANI angustorum: “Marcellinus Episcopus urbis Rome, qui postera insignis martir effectus est, adeo compulsus est a paganis ut templum eorum ingressus grana thuris super prunas imponeret”.
 30 Et in *Legenda* dicitur: “Marcellinus ad sacrificandum ductus est ut thurificaret, quod et fecit”. Et in *Cronicis* sic habetur: “qui compulsus a Diocliissiano ydolis incensum posui”. Et infra: “ad scelus” inquit “ydolatrie iudicio me ponendum et anathematizo quoscumque qui corpus meum tradiderint sepulture” etc. In quo facto vel ex quo facto quamvis non

2 allegationum] Crassianus *add. in marg. P1* 5 etc] *sup. lin. P1* 13 ad] Thomas *add. in marg. P1* 14 33] 32 a. c. *P1* 15 coram] homi. *scr. sed del. P1* 16 petrum] Paulum *P1* 17 imminet] p. c. *P1* 19-20 unde — subditus] *iter. P1* 21 nec] nullum *add. in marg. P1* incurrit] se vel *scr. sed del. P1* 23 reprehensionem] reprehentionem *P1* correxit] errabatur *scr. sed del. P1*

probetur hereticus, tamen probatur posse fuisse.

Uterius quod Summi Pontificem possint errare et approbare falsa pro
veris et reprobare veri pro falsis et mala decernere et per consequens
quod eorum decretis non sit firmiter adherendum saltem non tanta
5 firmitate ut *Sacre Scripture* patet ex eo quod ponunt consequentie
heretice pravitati sicut et LIBERIUS PAPA consensit perfidie Ariane, ut
habetur in *Cronicis*.

Idem patet de ANASTAZIO II qui propter hereticam pravitatem
fuit a Romana repudiatus Ecclesia, de quo distinctio 19 sic legitur:
10 “Anastasius II natione Romanus fuerit temporibus Theodorici regis.
Eodem tempore multi clerici ab eius communione se abegerunt, eo
quod communicasset sine consilio ipsorum, scilicet presbiterorum et
clericorum cuncte Catholice Ecclesie dyacono Thesalonicensi nomine
Fotino, qui communicaverat Achassio; et quia voluit occulte revocare
15 Achassium et non potuit, divino nutu percussus est,” quia, ut dicit
Glossa et accepit a *Cronicis*, “Dum assellaret emisit intestina,” et per
consequens huius Papa seu Summus Pontifex erravit.

Aliud argumentum potest adduci ad ostendendum quod Summus
Pontifex et Summi Pontificem errare possint et approbare falsa pro veris,
20 reprobare vera pro falsis et per consequens eorum decreta non sint tanta
firmitate credenda ut est *Sacra Scriptura*. Potest induci de SYMACO
PAPA qui quamvis hereticus non fuerit, tamen hereticari potuisse et
iudicio synodali accusari potuisse ab Ecclesia extitit iudicatum ut legitur
2, questione 1, capitulo “Item cum Balaam...” et de facto de heresi extitit
25 accusatus, ut dicit *Gloza*, distinctione 17, capitulo “Hinc ecclesiam...”
dicens SYMACUS PAPA “primo accusatus est de heresi, sed cum appareret
calumpnia accusantis fuit postmodum absolutus.”

|| Duodevigesimum folium

P1 297r

Aliud exemplum potest poni de LEONE quem convincit beatus
30 YLARIUS PICTAVENSIS, ut habetur in *Cronicis* autenticis, qui, ut
multi dicunt, erat unus Papa antequam in heresim labentur. Alii vero
dicunt contrarium, etc.

Quod etiam Summi possint sancire et decernere non solum diversa,
sed adversa et contraria seu contradictoria decreta, unde de primatu

9 romana] Roma a. c. P1 12 ipsorum] iter scr. sed del. P1 16 dum]
accell. scr. sed del. P1 28 duodevigesimum folium] in marg. sup. P1
29 aliud] Pro impugnatione secunde propositionis adversarii. Argue contra consilium
generale scr. in marg. sup. sed del. P1 33 quod] hiis interpretatione exempla
lecture etc. add. in marg. P1 sancire] sanxire P1

Romane Ecclesie super alias et de sua origine contraria aliqui summi pontificem decrevisse leguntur. Unde NICOLAUS PAPA, distinctione 22, loquens de Romana Ecclesia inquit: “Illam solus Christus fundavit et supra petram mox nascentis fidei erexit qui beato eterne vite clavigero
 5 terreni simul et celestis imperii iura commisit.” Et infra “Non ergo quolibet terrena sententia,” id est, non alica proprie loquendo, id est, nulla ad intentionem dicti NICOLAY, “terrena sententia, sed illud verbum quo constructum est celum et terra per quod denique condita cuncta sunt elementa, Romanam fundavit Ecclesiam. Illius privilegio fungitur,
 10 illius auctoritate fulcitur”, scilicet solius, ut supra illam “solus Christus fundavit et supra petram mox nascentis”, etc.

Et eadem distinctione dicit ANACLETUS PAPA contrarium sic dicendo quod Petro in urbe Roma “adhibita est societas vasis electionis beatissimi Pauli qui uno die cum Petro gloriosa morte coronatus est” et sequitur
 15 ad propositum “et ambo sanctam Romanam Ecclesiam consecraverunt, atque aliis omnibus in universo mundo ecclesiis tam sua presentia quam glorioso triumpho pretulerunt.” Igitur non solus Christus illam fundavit, nec solum illud verbum quo constructum est celum etc., ut dicit NICOLAUS.

Et quod ANACLETUS non solum decernat contrarie et adverse ipsi NICOLAO, ymo sibi ipsi potest ostendi ex quibusdam verbis ipsiusmet ANACLETI ante eius verba preallegata positis que sunt ista: “Sacrosancta Romana Ecclesia apostolica non ab apostolis, sed ab ipso Domino Ihesu Christo salvatore nostro primatum optinuit, sicut ipse beato Petro
 25 apostolo dixit: *tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam.*” Ista autem decreta per ANACLETUM non solum sunt diversa, sed adversa. Dicere enim quod Ecclesia Romana non ab apostolis, sed a Christo primatum optinuit et dicere quod Petrus et Paulus eam consecraverunt et suis gloriosis martiriis et presentiis eam cunctis in
 30 orbe ecclesiis pretulerunt adversa videntur.

Et pariter PELAGIUS PAPA, distinctione 21, videtur sicut ANACLETUS et sub quasi consimilibus verbis non solum diversa, sed adversa sentire. Unde distinctione 21 dicit sic: “Quamvis universe per orbem Ecclesie catholice et apostolice constitute domus et thalamus Christi sunt, tamen

3 illam] distinctione 22 *add. in marg. P1* 5 infra] *glozatorum Decretorum non vidi etc. add. in marg. P1* 7 nicolay] *terrena scr. sed del. P1* 8 terra] *terram a. c. P1* denique] *cuncta scr. sed del. P1* 18 nec] *ter. scr. sed del. P1* 31 et] *21 add. in marg. P1* distinctione 21] *sup. lin. P1* sicut] *sicus P1* 32 quasi] *sup. lin. P1* 33 quamvis] *distinctione 21 add. in marg. P1*

sancta Romana Ecclesia et apostolica nullis synodicis constitutis ceteris ecclesiis est prelata, sed evangelica voce salvatoris primatum optinuit, cum inquit Dominus Petro: *tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam*” etc.

5 Tunc consequenter subdit verba consimilia verbis ANACLETI preallegatis dicendo de Petro: “Cui adhibita est societas etiam beatissimi Pauli vasis electionis, qui non diverso, sicut quidam heretici garriunt, sed uno tempore, eodemque die, gloriosa morte cum Petro in urbe Roma sub Cesare agonizans coronatus est, et supradictam Romanam ecclesiam
10 pariter Christo Domino consecraverunt, eamque universis urbibus in mundo sua presentia et venerando triumpho pretulerunt. Est ergo prima apostolica sedes Romana ecclesia, non habens maculam neque rugam.” In hiis verbis PELAGII non est tam apparens contrarietas sicut in verbis ANACLETI, ut patet in prepositi.

15 Sed hiis verbis PELAGII et etiam ANACLETI supra inductis repugnare videntur quedam verba ANACLETI, distinctione 22, quibus dicitur: “Inter apostolos quedam discretio potestatis fuit, et licet omnes apostoli essent, Petro tamen concessum est a Deo et ipsi inter se illud idem voluerunt, ut reliquis omnibus preesset Petrus apostolus, et Cephas vocaretur, id
20 est caput et principium teneret apostolatus.”

Et per consequens in primatu Petri intervenit consensus apostolorum, “qui eandem formam suis successoribus tenendam tradiderunt”, et per consequens primatus Romane Ecclesie quasi ex quodam statuto synodali apostolorum provenit et sic non esset verum dictum PELAGII, “nullis
25 synodicis”, etc.

Ex hiis predictos summos pontifices non solum diversa sed adversa decrevisse, quod erat secundum probandum, sed quod ulterius aliqua dictant ex *Scriptura* sequi, que minime secuntur ex illa saltem ex textu quem allegant. Patet quia dicunt primatu Ecclesie Romane Ecclesie sequi
30 ex illis verbis *Matthei 16, tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam* etc. quod nullius videtur apparentie cum loquatur de se ‘petra’. Unde inquit Apostolus: *petra autem erat Christus*, et de Universali Ecclesia non solum de Romana, et Petro non tunc tradiderit, sed tantum promiserit claves regni celorum. Non enim inquit ‘do’, sed
35 ‘dabo’ quod et fecit dando eas post non solum Petro, sed omnibus apostolis et forsitan nonnullis discipulis, cum post *Matthei 18* inquit illis: *quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum et in caelis; et quodcumque solveritis* etc.

4 meam] p. scr. sed del. P1

8 cum] p. c. P1

|| Ex supra dictis contrarietatibus decretorum summorum pontificum patet clare conclusio supra intentata, scilicet quod huius decretis et sanctionibus decretorum summorum pontificum non est adherendum tanta firmitate quanta *Sacre Scripture*. Dictus adversarius ex hiis
 5 similibus vult concludere huius decretis nullam fidem adhibendam, unde ad hoc allegat contrarietatem decretorum BONIFACII VIII et CLEMENTIS V.

Decreuit namque BONIFACIUS VIII prout habetur in quadam epistola sua seu decreto cuius initium “Unam sanctam Catholicam
 10 Ecclesiam”, finis “porro subesse Romano Pontifici omnem rationalem creaturam declaramus et dicimus hoc omnino de necessitate salutis” et per consequens omnis seculi principatus, omnia regna mundi et provincia et persona singularem cuiuscumque dignitatis preeminentie aut conditionis existant antistiti Romano secundum istum Papam
 15 forent coactiva iurisdictione subiecti et hoc ipsum esse credendum seu tenendum esse dicit de necessitate salutis.

Huius autem oppositum CLEMENTIS V successores dicti BONIFACII VIII decretum quoddam, cuius initium “Meritus carissimi filii nostri Philippi Regis Francorum illustris”, finis vero “tam quantum ad Ecclesiam
 20 tam etiam quoad regem et regnum superius nominatos”. Hac epistola seu decreto exprimit CLEMENS V Regi et regno Francie decretum predictum BONIFACII VIII nullatenus derogare et per consequens falsum esse quoad illam particulam qua cunctos sibi subicit principatus et regna, et si decreta predicta sibi contradicere videntur eo quod unum ponit
 25 universalem affirmativam, alterum equivalenter particularem negativam contradictoriam et subdit iste auctor ulterius quod talia decreta “que a veritate non veniunt, plerumque nullo impellente se ipsa subvertunt”, ut dicit AUGUSTINUS, *De civitate Dei*, et ultra dicit decretum BONIFACII ex ambitione seculariter dominandi et CLEMENTIS ex terrore Regis
 30 Francie processisse.

Omissis aliis motivis predicti auctoris quibus ostendit decretis Romanorum ac summorum pontificum non esse fidem adhibendam, redeo ad aliquas alias contrarietates quas ponit primus arguens supra

1 ex] totus quintus *Dyalogi* usque 10 folium tangendus et reprimendus *add. in marg. sup. sed del. P1* ; motiva *add. in marg. sed del. P1* ; Marcilii *add. in marg. P1* 3 sanctionibus] sanxionibus *P1* 4 scripture] *sed pre- scr. sed del. P1*
 5 decretis nullam] *p. c. in ras. P1* 11 declaramus] ad istas contrarietates, specialiter ad ultimam, respondeatur finaliter *add. in marg. P1* 14 antistiti] antistiti *P1* 15 iurisdictione] iuridictione *P1* 19 philippi] Phili *P1*
 20 nominatos] *p. c. P1* 26 iste] *iter. P1* 30 processisse] unus vero de *scr. sed del. P1* 31 auctoris] *sup. lin. P1* 32 non] Ockham *add. in marg. P1*

inductus et est una contrarietas *Iohannis* 22 ex una parte et NICOLAY III ex altera parte et multorum aliorum ex eadem parte qui varia senserunt de paupertate Christi et apostolorum quinyimo adversa ut videtur super quorum tamen concordia tractatur vel super quorum
 5 discordia tollenda tractat dominus ALMAKANUS in 7 libro sui de hac materia edito intitulato *De paupertate Christi et apostolorum*.

Et modo consimili posset fieri de contrarietatibus summorum pontificum supra inductis. Possent enim reduci ad concordiam et verisimile est michi quod *Gloze Decretorum* quas non habeo,
 10 nec textum concordant et reducunt ad concordiam tales apparentes contrarietates. Fuit enim, ut intelligor et audiui a fide dignis glozator *Decreti* valens clericus et longis glozas fecit, similiter alii doctores canoniste qui super *Decretis* et *Decretalibus* scripserunt talia tollere debuerunt et verisimile est quod sic fecerunt et ad ipsos me remitto in
 15 hoc casu, sicut iuris ignarus. Attamen non obstante remissione huius, alica parva, modica et pauca volo tangere ostendendo quod taliter et similia non tollunt omnimodam adherentiam et credentiam talium decretorum post tamen *Sacras Scripturas* et illud idem ostendi poterit de dictis sanctorum et doctorum que etiam repugnare videntur, que
 20 dicta sanctorum, sicut dictum est de decretis summorum pontificum aliquando adversantur.

Ut aliquando sancti manentes sancti circa sacramenta ecclesie non solum diversa, sed adversa dogmatizaverunt et per consequens aliqui erraverint circa sacramenta fidei. Assumptum probari potest
 25 per *Decretum*, distinctione 32, capitulo “Verum...” ubi sic legitur: “Sciendum vero quod canones apostolorum, quorum auctoritate orientalis et in parte Romana utitur Ecclesia, etiam insignis Cyprianus martir et octoginta episcopi cum eodem baptismum hereticorum lavacrum dyaboli appellant. Stephanus vero et Cornelius martir et pontifices Romani et
 30 venerabilis AUGUSTINUS in libro *De baptismo*, eundem Cyprianum et prefatos episcopos ob hanc causam vehementer redarguit, asserendo baptismum sive ab hereticis sive a scismaticis traditum ecclesiastico more celebratum ratum esse.” Ac per consequens valere cuius errorum tamen

7–21 et modo — adversantur] ibi lectura* vide *add. in marg. P1* 9 michi] *sup. lin. P1* 12 longis] loncis *P1* fecit] *sup. lin. P1* 13 scripserunt] *sup. lin. P1* talia] hunc *scr. sed del. P1* 15–17 attamen — omnimodam] *del. P1* 19 videntur] de quibus alibi etc. *scr. sed del. P1* 25 capitulo] verum *scr. sed del. P1* ubi] ubi *P1* 27 ecclesia] ecclesie *P1* 28 baptismum] baptismum *P1* 30 baptismo] baptismum *P1* 32 baptismum] baptismum *P1*

assignat AUGUSTINUS dicens: “Non ob aliud visum est quibusdam et viris egregiis et antistitibus Christi, inter quos precipue beatus Cyprianus eminebat, non posse esse apud hereticos vel scismaticos baptismum Christi, nisi quia non distinguebant sacramentum ab effectu vel usu
 5 sacramenti, quia effectum, id est liberationem a peccatis et cordis rectitudine apud hereticos non inveniabant, ipsum quoque sacramentum illic non esse putabant.”

|| Undevigesimum folium

P1 298r

Ponantur et inferantur gradus incertitudine et credulitate, gradus
 10 in diffiniendi auctoritate, capitulum 19, stabiliaturque quod non obstantibus repugnantibus sanctionum conditorum Canonum et sanctorum doctorumque in hiis que in fidei consonant et *Sacre* et que pro sanis sanctionibus et dogmatibus conscripserunt credendum sunt et eis est adherendum de necessitate salutis ne peccatum protervie incurratur.
 15 Error autem predictis ex inadvertentia processit, quia “non distinguebant”, etc. Sic etiam AUGUSTINUS alicas veritates in *Sacra Scriptura* contentas nescienter seu inadvertenter negavit. Sic etiam IERONIMUS veritatis *Evangelii* negare videtur, cum in quadam omelia super illis verbis *Interrogabat discipulos suos* — scilicet Ihesus — *dicens: Quem dicunt homines esse Filium hominis?* “Non dicit” — inquit IERONIMUS — “‘quem me esse dicunt’, ne iactanter de se querere videtur” et tamen LUCHAS expresse in *Evangelio* suo expresse dicit quod Ihesus *interrogavit discipulos suos dicens: Quem me dicunt esse turbe?* inadvertenter in quam videtur negasse veritatem evangelicam,
 20 quia non recordabatur de *Evangelio Luce*.
 25

De Petro etiam tactum est supra quomodo erravit et errare potuit, qui non solum erat Summus Pontifex, sed sanctus et doctor et per consequens ex possibilitate errorum Petri, ymo ex suo errore quo de facto erravit, patet errorem esse compossibilitatem apostolice auctoritati
 30 et personali sanctitati.

Quod vero beatus AUGUSTINUS erraverit et sibimet non solum diversa, sed adversa senserit et scripserit, liber *Retractationum* suarum clare monstrat. Propter quod ipse de suis scriptis loquens

3 baptismum] babtismum P1 8 undevigesimum folium] in marg. sup. P1
 9–14 ponantur — incurratur] del. P1 9 ponantur] huius processus 5 *Dyalogi*
 est in parte quod Marcilio, in parte contra de consilio generali add. in marg. sup. sed
 del. P1 11 sanctionum] sanxionum P1 13 sanctionibus] sanxionibus P1
 15 error] de Ieronimo add. in marg. P1 20 filium] p. c. P1 33 monstrat]
 monstrat P1 loquens] loquens P1

et *Prologum* faciens, 3 *De Trinitate*, et habetur distinctione 9, capitulo: “Noli meis litteris...”. “Noli” — inquit — “meis litteris quasi canonicis inservire, sed in illis et in que non credebas cum inveneris incunctanter crede, in istis autem nisi certum intellexeris noli firmum
 5 tenere.” Et subdit causam, capitulo “Neque...” et sumitur de *Epistola ad Fortunatum* dicens: “Neque quorumlibet disputationes, quamvis catholicorum et laudatorum hominum veluti scripturas canonicas habere debemus, ut non liceat nobis salva honorificentia que illis debetur
 10 hominibus in eorum scriptura aliquid reprobare aut respuere, si forte invenerimus, quod aliter senserint quam veritas habet.” Et aliqua similis sententia extiterunt supra tacta que *Scripturam Sacram* aliis preferre videntur, ex quibus confirmari posset propositio prima adversarii “Solam scripturam divinam, et ex ea per necessitatem sequentia” etc., ut arguatur sic de sanctionibus summorum pontificum et scriptis sanctorum
 15 et doctorum, similiter sicut arguebatur de sanctionibus summorum pontificum in principio secunde pagine 17 folii.

Illorum dictis ac estimationi est firma fides et indubia adhibenda qui potuerunt sancire, decernere vel aprobare falsa vel reprobare et dampnare vera pro falsis, sentireque non solum diversa, sed adversa
 20 atque invicem contradicere* unus alteri atque idem sibi ipsi repugnare potuit. Sic est tam de Summis Pontificibus, sanctis et doctoribus, ut deductum est, igitur etc.

Conclusionem istius probationis fatetur beatus AUGUSTINUS cum ista circumstantia quod horum dictis non est fides adhibenda indubia
 25 propter hoc quod tales sic dicunt vel sentiunt, unde de se ipso seu eius scriptis non sic vult fieri, ut patet supra, capitulo “Noli meis litteris...” etc. sicque dicit et fatetur se non credere aliorum litteris, capitulo “Ego solum...” etc. et infra: “alios autem libros ita lego, ut quantalibet sanctitate quantacumque vere doctrina” — seu scientia — “polleant,
 30 non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia in per alios auctores” — supple concorditer sentientes — “vel per Sacras Scripturas vel per rationes probabiles michi persuaderi potuit”, etc. 21 *De civitate Dei*, capitulo 7 dicit AUGUSTINUS: “Illa enim que preter eos, quorum

3 inservire] inserviire P1 11 extiterunt] extiterunt P1 14 sanctionibus] sanxionibus P1 15 sanctionibus] sanxionibus P1 17 illorum] vide postque te converto ad credere de necessitate salutis in lectura *add. in marg. sed del. P1* postque^{ad} illorum] posque P1 ac estimationi] *sup. lin. P1* estimationi] extimationi P1 18 sancire] sanxire P1 vel¹] *nts *add. in marg. P1* 19 sentireque] p. c. P1 23 probationis] *sup. lin. P1* 25 de] sepo* *scr. sed del. P1* 26 scriptis] *sup. lin. P1* ; sic *scr. sed del. P1* 33 dei] capitulo *scr. sed del. P1*

de hiis libros legimus, non habent testem et ab eis conscripti sunt qui non sunt” vel fuerunt “divinitus docti atque humanitus forte falli potuerunt, licet quique sine reprehensione non credere.” — supple si errare communicantur — “Nam nec ego nolo temere credi cuncta que
5 posui, quia nec a me ipso ita creduntur, tamquam de illis nulla sit in mea cogitatione ambiguitas”. Hec AUGUSTINUS.

Unde humana auctoritas et iudicium falli et fallere potest, nec error in tali iudicio humano sanctitati personali aut humane auctoritati repugnat, propter quod ponunt aliqui quattuor principia in genere notitie
10 seu credulitatis humane, in quibus, vel eorum altero, se habet humanus intellectus totaliter fundare, et ad ea reducere quantumcumque videt in suo lumine, cum quibus errare non potest, et absque quibus scriptis et auctoribus fas est non credere. Primum est experientia certa, secundum, ratio evidens, tertium, divina revelatio, quartum, *Sacra Scriptura*,
15 que satis notantur in verbis AUGUSTINI supra allegatis.

|| Postque reddendo ad secundam propositionem dicti adversarii, inspicienda sunt dicta ipsius sisterno *Dyalogi* circa finem de gradibus auctoritatum determinationum dubiorum legi divine. Sicut enim in certitudinibus scientiarum sunt gradus, nam et “mathematice sunt primo
20 gradu certitudinis et naturales assequuntur eas”, ita in certitudinibus veritatum catholicarum credendarum de necessitate salutis et hoc satis declaratum. Ita etiam in auctoritatibus et diffinitionibus ac determinationibus dubiarum divine legis sententias, ut potest deduci de ecclesia tota et de consilio generali, de Romano collegio, de
25 episcopis studiis simul de episcopis singulariter in suis diocesibus, de studiis, de doctoribus doctrinaliter non auctoritative diffinientibus alicas ostendo* veritates, de hiis videndum propter propositionem adversarii discutiendam “Legis divine dubias diffinire in hiis presertim que Christiane dicuntur articuli” etc.

30 Inter que principia credendi nec sunt sanctiones Summorum Pontificum, sed bene possunt in eisdem principiis vel eorum altero fundari, verbi gratia, sicut tactum est supra, quia “ex dictis *Novi et Veteris Testamenti* processerunt canonice sanctiones”. Etiam

4 nam] et scr. sed del. P1 nec] sup. lin. P1 nolo] volo apud fontem
P1 10 in] p. c. sup. lin. P1 ; sine a. c. P1 16–29 postque — etc] del.
P1 16–18 postque — divine] alio atramento P1 16 postque] posque P1
reddendo] redendendo P1 17 dyalogi] sup. lin. P1 18 sicut] sicus P1
19 primo] priaprimo P1 25 singulariter] p. c. P1 30 principia] crede scr.
sed del. P1 sanctiones] sanxiones P1 31 pontificum] nisi scr. sed del. P1
32 sicut] sicus P1 33 sanctiones] sanxiones P1

determinationes consiliorum generalium a *Sacra Scriptura* vel revelatione divina debent sumere fundamentum. Etiam quecumque alie determinationes sive conditorum Canonum, sive Romani collegii, sive episcoporum, sive studiorum, sive doctorum singularium personarum
 5 qui omnis habent de licentia sedis apostolice auctoritatem diffiniendi et determinandi dubia legis divine auctoritative aut saltem doctrinaliter debeant fundari in aliquo premissorum principiorum, si debeant assensum in dubium generare.

Quod si in premissis aut alico premissorum non se fundent sicut dicta
 10 sanctorum in quibus erraverunt, in quibus sibi contradixerunt et etiam alique sanctiones summorum pontificum, ut supra tactum est, nullius auctoritatis valide sunt eo quod falsa in eis reperiuntur et sic huiusmodi dicta vel scripture suspecte redduntur sicut asserit AUGUSTINUS et habetur distinctione 9, capitulo “Si ad Sacras Scripturas...” ubi de
 15 *Sacris Scripturis* dicitur quod si ad eas “admissa fuerint mendacia etiam officiosa, nichil in eis auctoritatis remanebit”. Cum igitur in aliis scripturis, scilicet summorum pontificum et sanctorum doctorum errores possint intervenire, nil est in eis valide auctoritatis.

Sed hic posset dici quod, licet intellectibus possit intervenire error
 20 dum tamen defectio non interveniat, auctoritatis sunt et credende et alique eorum de necessitate salutis ex eo maxime si contenta in eis sint consona catholice veritati et *Scripturam Sacram* elucidant. Unde *Sapientiiis: qui elucidant me, vitam eternam habebunt*. Nec est fas ut sic talibus dissentire situs, nec cronicis aut ystoriis autenticis fidelium
 25 ystoria vel ystorias *Sacre Scripture* proficientibus non tamen in *Sacra Scriptura* contentis expresse est fas dissentire, ymo dissentire talibus temerarium est censendum et vitandum de necessitate salutis.

Et sic aliqui actus fidelium creditivi seu adhesivi qui non sunt actus puri fidei precise auctoritati divine innitentes sunt fidelibus de necessitate
 30 salutis et hoc satis tactum est supra tangendo modos varies catholicarum veritatum credendarum seu tenendarum de necessitate salutis. Ex quibus satis patet primam propositionem adversarii fore falsam, que talis erat: “Solam sacram scripturam seu divinam, et ad ipsam per necessitatem sequentia atque ipsius interpretationem ex communi consilio fidelium
 35 factam vera esse, ad beatitudinem consequendam necesse est credere,” —

4 doctorum] sive *scr. sed del. P1* 7 premissorum] si *scr. sed del. P1*
 9 sicut] sicut *P1* 11 sanctiones] sanxiones *P1* 13 sicut] sicut *P1*
 14 9] *del. P1* 27 temerarium] esset *scr. sed del. P1* 33 solam] Marcilius
add. in marg. P1 35 vera] veras *P1* consequendam] *iter. P1*

quod vero addit — “si alicui debite proponatur.” Superfluere videtur et vanam, quia tunc aliqui a predictis credendis excusari possent si eis nullatenus proponerentur vel forsitan minus debite, cum tamen dicat Apostolus predicendum *oportune et importune*, etc.

5 Est tamen in predictis veritatibus credendis ordo et gradus certitudinis ut sepe dictum est, sicut in scientiis humanitus ad inventis, in quibus scientie “mathematice ponuntur in primo gradu certitudinem et naturales assecuntur eas”, et in opinabilibus et probabilibus gradus existunt, unde et “probabile dicitur quod videntur omnibus vel pluribus
10 aut maxime notis” seu potius aliqua probabilia que videntur omnibus aliqua que videntur pluribus, aliqua que paucis maxime tamen notis et peritis sicque in credibilibus poni potest.

De personis credibilibus creatis que testimonium dant in terra ecclesia tota Spiritu Sancto iure divino congregata, iure divino vicegeres*
15 consilium generale humana institutione a Deo tamen ab eterno preordinata, a Christo predicta implicite, a Spiritu Sancto in esse posita, Romanum collegium seu Romana Ecclesia inde Canonum conditor, Summus Pontifex, legis et fidei inde patriarche primatus archiepiscopi, episcopi nisius* provinciis, diocesis curati in suis parochiis, studia,
20 doctores, considerata persone sanctitas, doctrina seu* scientia que separantur, quoniam IERONIMUS in *Prologo*: “Sancta quippe rusticitas” etc. Christus in Evangelio *super catedram Moysi*, etc. In sapiente autem coniunguntur “sapientis enim opus est non mentiri de quibus novit* et mentientem posse manifestare”, primum probitate nolle decipere,
25 secundum scientia posse docere.

|| Vigesium folium

P1 299r

Quod possibilitas erroris in sententias pontificis non infert eorum non esse credenda universaliter, quia pariter error Petri inferret suam scripturam, scilicet eius epistolas* non esse credendas de necessitate
30 salutis. In folio quottato decimo sexto.

Sequitur de gradibus personarum in auctoritate et credibilitate et auctoritate diffiniendi super quo predictus adversarius ponit secundam propositionem “Legis divine dubias diffinire sententias in hiis presertim

2 vanam] *p. c. P1* aliqui] *fidelem scr. sed del. P1* 6 sicut] *sicus P1* 8 opinabilibus] *oppinabilibus P1* 13 credibilibus] *p. c. P1* 14 iure divino¹] *sup. lin. P1* iure divino²] *sup. lin. P1* 17 canonum] *sup. lin. P1* 19 provinciis] *divitiis a. c. P1* suis] *diocesis scr. sed del. P1* 20 doctores] *abbates, collegia, cenobia etc. scr. sed del. P1* 26 vigesium folium] *in marg. sup. P1* 27–30 quod possibilitas — decimo sexto] *del. P1* 28 inferret] *inferret P1* 33 dubias] *sententias scr. sed del. P1* diffinire] *dubias diffini scr. sed del. P1*

que fidei Christiane dicuntur articuli et reliquis credendis de necessitate salutis solum generale consilium fidelium aut illius valentiorum partem vel multitudinem determinare debere, nullumque aliud collegium partialem aut singularis personam cuiuscumque conditionis existat iam dicte determinationis auctoritatem habere.” Hanc propositionem probat vel hec propositio ex dictis dicti adversarii probari et ex dictis quibusdam aliis improbari ex quibus aliqua potuerunt apparere hoc etiam propositio supra extitit aliquantulum improbata a 12 folio usque ad 15 inclusive vide —:.

10 Probat autem predictus adversarius suam propositionem, nam, ut dicit aliter, “unitas fidei minime salvaretur et errores et scismata contingerent circa fidem inter Christi fideles”, sicut ex codice YSIDORO sepe allegato per ipsum, capitulo intitulo “Incipit prefatio Niceni consilii” recitatur, nam nisi fuisset determinatio Niceni consilii
15 de diversitate Christi et equalitate cum Patre contra Arrianum Alexandrinum presbyterum dicentem Christum esse puram creaturam secutum fuisset scisma in fide, id est dicendum et sentiendum de aliis consiliis generalibus Constantinopolitana, Ephesina, Calcedonensis, per que consilia diffinitae sunt sententiae dubiae circa fidem et amote
20 controversiae doctorum verorum et simulatorum circa fidem quas controversias predixit Christus, *Luce* 21, Apostolus *Prime Thimotei* 4 et *Secunde Thimotei* 3. Verba Christi locis predictis non est opus allegorie* contra brevitatis generali aut consilio auctoritatis huius diffinendi legis divinae sententiae dubias “ab universitate fidelium est concessa; sic videlicet,” — ut inquit iste — “ut omnes mundi provinciae seu communitates secundum sui legislatoris humani determinationem, sive unicus sive plurimus, et secundum proportionem illorum, scilicet
25 communitatum in quantitate et qualitate personarum viros eligant fideles presbiteros primum et communiter non presbiteros ydoneos, tamen vita probatiorum et in lege divina peritiorum, qui tamquam iudices secundum primam iudicis significationem universitatem fidelium representent.”

Et subdit: Hii — inquit iste — “convenient ad certum orbis locum, convenientiorem secundum maiorem partis illorum determinationem, in quo simul ea que circa legem divinam apparuerint dubia, utilia,
35 expedientia et necessaria determinari, diffiniant, et reliqua circa ritum ecclesiasticum seu cultum divinum, que futura sint etiam ad quietem et

1 reliquis] cre. *add. P1* 2 partem] pariter *P1* 4 aut] aus *a. c. P1*
cuiuscumque] cumiuscumque *P1* 8 vide] obiectam *add. in marg. sed del. P1*
12 sicut] sicut *P1* 20 simulatorum] quas *scr. sed del. P1* 23 generali]
consilio generali *add. in marg. P1* 27 scilicet] *sup. lin. P1*

tranquillitatem fidelium, habeant ordinare.”

Ad quod singulariter tenentur sacerdotes, unde propheta *Malachias*:
labia sacerdotis custodiunt scientiam, etc. quibus in persona apostolorum
dictum est *euntes docete omnes gentes*, *Matthei* 28 et Apostolus
5 *Secunde Corinthiorum* *ve michi si non evangelizavero, necessitas*
enim michi incumbit. Scienti enim bonum facere et non facienti,
peccatum est illi, Iacobi 4. Interesse tenentur qui citati fuerunt per
humanum legislatorem fidelem, ut inquit iste. Obligantur autem huius
legislator eligere personas ydoneas ad consilium integrandum, eisque de
10 necessariis temporalibus providendum et electos ydoneos, si recusaverunt,
compellendum tam sacerdotes quam non sacerdotes propter utilitatem
rei publice et conservationem fidei et ecclesiastice unitatis, ut dictum
est.

Quod autem huius auctoritas diffiniendum dubias legis sententias sit
15 solius generalis consilii, non alicuius persone partialis aut collegii potest
probari sicut probatum est de officiorum ecclesiasticorum secundaria
institutione, 12 et 17 huius, sola minori extremitate mutata, ad quas
rationes restat alibi respondere et consequentiam huius adversarii circa
hec reprobare.

Confirmat ex dicta ex illo consilio de quo *Actuum* 15, in quo
20 *convenerunt apostoli et seniores videre de verbo hoc* et ex codice YSIDORI
sepe tacto, nam in “consiliis principalibus pro diffiniendum *Sacre*
Scripture dubiis aderant imperatores et imperatrices fideles cum suis
officialibus”. Ex quo infertur quod diffinire huius divine legis dubias
25 sententias non pertinet ad Romanum Pontificem, nec ad ipsum cum suo
collegio, quia, ut inquit, potest contingere aliquem hereticum eligi in
Romanum Pontificem, ut patet de LIBERIO Papa, natione Romano, et
non solum Romanus Pontifex potest esse hereticus, ymo sui complices
cardinales cum eligat quales vult.

30 Deinde ostenditur decreta summorum pontificum non esse equalis
auctoritatis ut sunt diffinitiones consiliorum ex contrarietate supra tacta
BONIFACII VIII et CLEMENTIS V.

Istum potest induci sua prima propositio, quia deductio et probatio
huius secunde sue propositionis non est ex contentis in *Sacra Scriptura*,
35 nec ex sequentibus necessario, igitur eadem facilitate contempnenda qua
probat.

|| Contra supra tacta ab isto scriptore circa suam secundam P1 299v

7 peccatum est illi] *iter. P1* 19 reprobare] *∴. add. in marg. P1* 20 ex¹]
hoc illo *scr. sed del. P1* 25 suo] *p. c. P1*

propositionem quod est “Legis divine sententias dubias diffinire” videtur esse primo sua prima propositio que est quod “Solam scripturam divinam, aut ex ea per necessitatem sequentia” etc. Nam nec verba YSIDORI, nec multa alia que inducit continentur in *Sacra Scriptura*, nec per
 5 necessitatem secuntur, ut notum est. Illud autem quod inducit de *Actibus* 15 non probat efficaciter intentum suum, nam, licet sic factum fuerit, tunc non tamen fuit statutum fieri in posterum, sicut nec electione MATHIE facta per sortem statum fuit sic fiendum in posterum, et sic
 10 de multis aliis gestis a Christo et apostolis in primitiva ecclesia, et per consequens, ut videtur dicta sua solide fundata, quia, ut ipse concedit et per se allegat quod “ex scripturis auctoritatem non habet eadem facilitate”, etc.

Similiter potest argui contra suam propositionem ex dicto in *Decretis*, distinctione ⟨9⟩, capitulo “Si ad sacras...” ubi dicitur quod
 15 “Si ad Sacras Scripturas admissa fuerint mendacia etiam officiosa, nichil in eis auctoritatis remanebit.” Cum igitur ad Nicenum consilium falsum quonymo error admissus fuerit, ut tactum est supra, scilicet approbatio cicli decemnonalis erronei, nil auctoritatis in eo remansit.

Item, probat predictus adversarius quod diffinire dubias legis divine
 20 sententias nullo modo pertineant ad Romanum Pontificem, etiam cum suo collegio, ex possibilitate errorum in fide, qualem errorem licet probet fuisse de facto aliquando in Romano Pontifice vel humano pro Romano Pontifice, puta LIBERIO, et hoc ystorice solum probet. Non tamen probat unquam Romanum collegium totum errasse in fide, et tunc, si arguat
 25 ex sola possibilitate errorum et non probabilitate alia pertinere alicui modo huius diffinitionem, pariter poterit argui de consilio generali.

1. Et ad hoc possunt adduci, scilicet ad possibilitatis errorum consilii generalis, rationes Magistri GUILLELMI OKAM ad hoc facte in 5 libro sui *Dyalogi* et multa alia in dicto libro 5 contenta.

30 2. Poderitque post hec responderi ad dicta et inducta per istum ad suam propositionem secundam.

3. Et ostendi diffinitiones dubiarum sententiarum legis divine ad

7 sicut] sicus P1 10 ipse] ipset P1 14 distinctione] lac. add. P1
 16 falsum] se scr. sed del. P1 19 quod] p. c. in ras. P1 21 licet] sup. lin.
 P1 23 liberio] non scr. sed del. P1 25 alia] pariter poterit argui argui scr.
 sed del. P1 27 1] in marg. P1 30 2] in marg. P1 31 secundam] ut
 indicata supra ad probandum institutionem secundariam officiorum ecclesiasticorum
 pertinere ad legislatorem humanum; hec tangenda cum aliis sequenti sisterno relinquo
 scr. sed del. P1 32 3] in marg. P1 dubiarum] dubitorum P1

alios seu alias personas seu collegia pertinere modo suo et non ad solum consilium generale fidelium, prout ponit sua secunda propositio.

Primo igitur ultra supra tacta arguta contra auctoritatem consilii generalis possunt induci dicta Magistri GUILLELMI OKAM in 5 libro *Dyalogi* sui de possibilitate errorum circa fidem in ipsis fidelibus, que
 5 capienda erunt contra istum adversarium ad infirmandum media quibus probat diffinitionem dubiorum legis divine nulli alie seu nulle aliter persone seu collegio pertinere nisi ad solum generale consilium fidelium “presertim in hiis que articuli fidei dicuntur et reliquis credendum de
 10 necessitate salutis”. Deinde, dicta predicti Magistri GUILLELMI de ista possibilitate errorum in fide erunt aliquialiter moderanda. De hiis in sequenti sisterno.

Ex positione sua de auctoritate consilii generalis contenta in sua propositione secunda “Legis divine dubias sententias diffinire”
 15 etc. sequitur contra ipsum de primatu Romani Pontificis, quia in huius consiliis prefuisse legitur Romanus Pontifex, in quo equivalenter huius generale consilium vel generalia consilia approbarent Romanum Pontificem habere super alios habere primatum seu esse Summum Pontificem et sic sibi repugnat omnem igitur vel quod neget auctoritatem
 20 quam attribuit generali vel concedat primatum Romani Pontificis.

Item, ex dicta positione de auctoritate consilii generalis expressa in sua secunda propositione sequitur contra primam, nam ex sua secunda propositione videtur sequi quod auctoritas consilii generalis sit credenda de necessitate salutis. Da enim quod non sic credenda de necessitate
 25 salutis potest indampnabiliter in dubium revocari et sic non necessario vel de necessitate salutis standum erit sue determinationi seu diffinitioni de dubiis sententiis divine legis contra suam propositionem. Si autem talis auctoritas consilii generalis sit credenda de necessitate salutis, cum huius auctoritas non exprimitur in *Sacra Scriptura*, nec sequitur ex
 30 contentis in eadem, sequitur contra primam propositionem suam “Solam scripturam canonicam seu divinam” etc. Quod autem ex Scriptura divina non habeatur auctoritas consilii generalis, puta ex illo *ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi*, quia hoc intelligitur de ecclesia universalis sola, non de alica partiali, nec ex illo *ego rogavi pro te, Petre*
 35 etc., quia eodem modo intelligitur de universalis vel de Romana partiali, nec ex consilio facto *Actuum* 15 recitato, quia ibi licet legatur sic factum non tamen ibi, nec alibi in *Scriptura* statuitur omne fiendum specialiter in posterum.

1 suo] quod *scr. sed del. P1* non] tangenda *add. in marg. P1* 6 contra] ipsum *scr. sed del. P1* 10 deinde] ponenturque gradus in huius diffinitionibus *add. in marg. P1*

Item, non omnes circumstantie ibidem posite observantur in consiliis generalibus, etc.

Verte ad sequentis sisterni folium 7 ‘+.

(Addenda)

5 || In folio quottato 16 primo tangitur ad quem fidem adversarius videtur posuisse suas propositiones, specialiter primam “Solam scripturam, et ad ea per necessitatem sequentia” etc., quia contra decreta summorum pontificum que dicit solum esse traditiones hominum. P1 300r

Item, ad idem secundam ponit que talis est “Legis divine dubias sententias diffinire”, etc quam patenter videtur posuisse ad auctoritatem Summi Pontificis et sui collegii circa diffinitionem dubiarum sententiarum legis divine penitus annihilandam. Hee due propositiones fuerunt supra impugnate. Sed hic communiter respondetur ad motiva aliqua que possent induci pro prima propositione “Solam scripturam
10 divinam” etc., ut est illud “in Sacra Scriptura quidquid utile est invenitur et quidquid est noxium dampnatur”, et illud *non addetis ad verbum* etc., *Deuteronomio* 4, et illud IERONIMI quod “ex *Scripturis* divinis auctoritatem non habet” etc., et de traditionibus hominum, et illud *Proverbiorum* 38 *ne addas quidquam verbis illius* etc., et illud
15 *Apocalypsi* ultimo *Contestor omni audienti* etc., et illud *Ad Galatas* 1 *sed licet nos aut angelus de celo* etc.

In folio vero sequenti quottato 17 respondetur ad aliquas auctoritates inductas supra in principio questionis quarum alique tanguntur contra distinctionem *Decreti*, ut est illud AUGUSTINI “ego solum illis libris
25 *Scripturarum*” etc. et iterum illud “quis nesciat *Scripturam* tam *Veteris* quam *Novi*” etc. et illud “episcoporum litteras” etc. ad has respondetur et tangitur quod huius credulitas adhibenda scripturis posterioribus *Scriptura* divina sive sacra non est actus fidei sanctissime et propriissime loquendo.

30 Deinde incipitur probari quod sanctionibus summorum pontificum non sic tanta firmitate credendum seu assentiendum ut *Sacre*

5 in] in 16 folio ×+ add. in marg. sup. sed del. P1 ; de duobus foliis ante primum etc. add. in marg. sup. P1 6 suas] iter. P1 16 ad] sup. lin. P1 22 in] secundo vero scr. sed del. P1 23 quarum] p. c. P1 30 sanctionibus] sanxionibus P1

Scripture, eo scilicet quod possunt approbare falsa pro veris et dampnare seu reprobare vera pro falsis, qui sibi repugnanter sanciant unus alteri et idem sibi ipsi contradicere videtur, et decernere aliqua sequi ex alico passu *Scripture sacre*, ex quo minime sequitur et qui
 5 errare possunt, ut Petrus, primus Summus Pontifex, pro quo, scilicet errori Petri, inducitur *Decreti* compiler et sanctus THOMAS. Item, inducitur factum MARCELLINI qui potuit ydolatrare quinymo ydolatravit et per consequens errare potuit. Item, inducitur heresis LIBERII Arriani facti. Item, arguitur de ANASTAZIO volente renovare ACHASSIUM. Item,
 10 arguitur de SYMACO qui, quamvis non fuerit hereticus, de heresi potuit accusari.

In folio vero quottato 18 ponitur exemplum de LEONE quem convincit YLARIUS PICTAVENSIS episcopus. Deinde ostenditur quod summi pontifices possunt approbare seu sancire non solum diversa,
 15 sed adversa, specialiter circa primatum Romane Ecclesie, et de dominio Romani Pontificis universali super omnes presentes catholicos, ut ponitur BONIFACIUS VIII et CLEMENS V videtur hoc negare de Rege Francie, et hoc est potissimum argumentum adversarii quod sanctionibus summorum pontificum minime sit credendum;
 20 tangiturque post contrarietas sanctionum NICOLAY III, et *Iohanni* 22, de paupertate Christi et apostolorum, quas sanctionibus dominus ALMAKANUS concordare intelligitur, etc. Item, tangitur error CYPRIANI et quorundam episcoporum circa baptismum hereticorum.

In folio quottato 19 tangitur de errore AUGUSTINI, IERONIMIS quoque
 25 et qualiter AUGUSTINUS possibilitatem erroris in se et etiam aliis sanctis et doctoribus confitetur, distinctione 9 *Decreti*, pluribus capitulis. Item, de quattuor notitie seu credentis humane in quibus intellectus humanus habet se fundare absque quibus etc. Item, quid in illis vel eorum altero debent fundari canonice sanctiones et quorumcumque determinationes
 30 alioquin non sunt solide auctoritatis, quia potest error intervenire. Si tamen non interveniat de facto error in talibus sanctionibus summorum pontificum et scriptis doctorum, licet non evidenter fundentur in aliquo premissorum, dum tamen sint, consonet huius scripta vel dicta fidei et *Sacre Scripture*, tenenda sunt probatur et sic infertur primam
 35 propositionem adversarii fore falsam: “Solam scripturam sacram vel divinam”.

2 sanciant] sanxiunt P1	8 arriani] p. c. P1	13 pictavensis] rei*
scr. sed del. P1	14 sancire] sanxire P1	19 sanctionibus] sanxionibus
P1	20 sanctionum] sanxionum P1	21 sanctionibus] sanxionibus
P1	23 baptismum] babtismum P1	29 sanctiones] sanxiones P1
31 sanctionibus] sanxionibus P1		

Folio quottato 20 ponitur secunda propositio adversarii que incipit “Legis divine dubias sententias diffinire” etc. Probat, quia arguitur contingerent errores et scismata sicut per Nicenum Consilium contra huius remediaturum fuit et ad hoc allegantur YSIDORUS. Deinde ponitur
 5 modus congregative generalis consilii, scilicet adversarium predictum. Deinde ponitur quod ad sacerdotem principaliter pertinet interesse consilio generali. Deinde ponit predictus adversarius quod huius auctoritas “diffiniendi dubias”, etc. est solius generalis consilii fidelium, etc. Deinde arguitur contra, videantur hec, etc.

10 || Tactis decem propositionibus aut aliquilibus ex eis occurret poterit rediri aliud impugnandum eum ab exordio dictorum in libro, sed de origine seu dominiorum in speciali arguendo more incepto, quia ex textu evangelico quod viri ecclesiastici habere debeant dominium temporale quinyimo debent dominus secularius et terrenis exemplo Christi et
 15 apostolorum, unde Apostolus: *omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*, etc.

P1 300v

Ex textu vero professorum iuris canonici, quod Christus Petro utriusque regni tam terrenis quam celestis iura commisit et BONIFACIUS VIII dicere oppositum esse hereticum declaravit, etc.

20 1. In primo folio huius sisterni continentur materie tacte in 15 foliis incipiendo a 3 folio quottato 1. In duobus vero* foliis precedentibus tanguntur aliqua media ad probandum quod professores iuris canonici plus teneantur ad impugnandum et reprobandum primum electum quam professores iuris divini eo quod professores iuris reputant eum
 25 Antichristum, invasorem destructorum etc., non sic theologi.

2. Secundum medium, quia ius divinum seu *Sacra Scriptura* ius divinum continens plus reprobatur affectionem carnalem quam metum et per consequens videtur debere impedire affectio carnalis electionem quam metus canoniste econtra.

30 3. Aliud motivum est quia primatus Romani Pontificis est expressus in textu facultatis pro professorum iuris canonici et non in textu iuris divini, scilicet *Sacra Scriptura* divina.

4. Aliud motivum inducitur, quia professores iuris divini videntur debere preferre Ierosolimitanam Ecclesiam Romani; probatur ex consilio
 35 illo generali facto in primitiva ecclesia, de quo habetur *Actuum* 15.

3 sicut] sicut P1 4 et] sup. lin. P1 6–7 interesse consilio generali] p. c. P1 7 huius] p. c. P1 10–19 tactis — declaravit etc.] del. P1
 10 occurret] occurret P1 20 1] in marg. P1 26 2] in marg. P1 30 3] in marg. P1 33 4] in marg. P1

5 5. Ad motivum indicatur eo quod professores iuris divini in suo
textu non habent primatum Petri, primi Romani episcopi, et suorum
successorum super alios episcopos, ymo nec habent in textu suo quod
Petrus fuerit Romanus episcopus, sed de Paulo bene habent et est
quedam de rationibus MARCILII ad quam respondetur.

6. In secundo vero folio predictorum duorum inducitur ad idem, ad
motivum, quia secundum professores iuris canonici in presenti casu non
solum est scisma, set cum hoc heresis, non sic secundum alios, igitur, et
tractatur aliquo aliter hoc dubium, scilicet in presenti cadat heresis.

10 7. Deinde tangitur aliud motivum, quia ex textu professorum iuris
canonici habetur expresse quod in presenti scismati est dampnabilis
error in parte errante et vilis, sed ex textu theologico non habetur hoc
expresse, specialiter quod universaliter dampnabiliter erretur et de hoc
agitur usque in fine folii.

15 8. Potestque aliud tangi motivum, quia rationes facte de obligatione
fidelium, specialiter Pape, fundantur in iure, puta de purgatione,
submission etc. pro maiori, nisi de martirio et resignatione etc, vide
respondeant igitur.

20 Alique istarum rationum probare possunt seu induci possunt et
applicari ad tertiam partem tertie questionis que est videre quis
professorum dictorum plus teneatur impugnare pestiferam doctrinam
adversarii Ecclesie, etc., puta illa de primatu Romani Pontificis, quia
de hoc expresse contradicit *Canonibus*, non theologie seu *Sacre*
Scripture. Item, ratio de Paulo et de Ecclesia Ierosolimitana, etc.,
25 de qua tangenda erunt alica superius inchoata.

Et pro tertio dubio et eius tertia parte poterunt etiam induci alica
media probantia quod professor iuris canonici plus teneatur impugnare
adversarium quam professor iuris divini, et alie rationes probantes
iuxta dicta adversarii, verbi gratia, ad ostendendum quod plus teneatur
30 canoniste. Nam adversarius ponit inter alia quod nemo debet cogi
in presenti seculo pena vel supplicio ad observantiam mandatorum
legis evangelice. Canoniste autem ostendunt pro regula quod iustum et
rationabile est ut quem timor dei a malo non revocat, illum coerceat
rigor Ecclesie disciplinendus est universe* super terram et si que similia
35 similiter sunt considerata.

Exemplum de possibili errore generalis consilii inducunt quidam

1 5] *in marg. P1* 5 marcilii] Marcylly P1 6 6] *in marg. P1* ; ¶ *add. in*
marg. P1 8 set] *sent a. c. P1* 10 7] *in marg. P1* 13 erretur] *erreatur*
P1 15 8] *in marg. P1* 26 poterunt] *quis scr. sed del. P1* 36 exemplum]
ad distinctionem supra de Consilio Niceno et ciclo decemnonali *add. in marg. P1*

exemplum de Synodo STEPHANI VII qui erronee ordinationes factas per Papam FORMOSUM decrevit irritas, unde et post, in Synodo Ravenne, celebrata per IOHANNEM IX, extitit reprobatis si dicatur quod error huius STEPHANI VII non fuit error in fide, potest dici quod sufficit quod
 5 fuerit contra bonos mores, qui error execat intellectum et corrumpit mente recta fidem, si dicatur quod consilium STEPHANI VII non fuit consilium generale, sed quedam synodus particularis. Contra, quia omnis synodus facta per Papam seu eius auctoritate videtur consilium generalis, prout notat *Gloza*, distinctione 17, capitulo 1 quia “consiliorum sunt
 10 quedam generalia, quedam provincialia, quedam episcopalia. Universale autem quod a papa vel eius legato cum episcopis presentibus statuitur.” Numquam enim legitur ad consilium generale omnis episcopos convenisse. Aliud exemplum ponunt de synodo Ephesina secunda, que erravit et idem reprobata fuit prout notat *Gloza*, distinctione 15, capitulo 1.

15 Explicit aliqualis seu talis qualis pertractatio trium questionum difficilium ad honoris beatissime Trinitatis quam compilationem seu pertractationem corrigendam in/iam iure/vire/rite et rigore submissam ecclesie et sedi apostolice vobis ut supra tactum in/etiam reverendissimum/reverendum pater tamquam domino speciali submitto
 20 ad corrigendum, resecandum, addendum etc., qui utriusque divinorum ius et canonici professor sollemnis existitis.

15–21 explicit — existitis] *del. P1*
 18 ecclesie — apostolice] *sup. lin. P1*

17 corrigendam] *sup. lin. P1*